

Ioannes : Scriba (notaio ; sec. 13.)

Il Cartolare / di Giovanni Scriba. 2. - Roma : nella sede dell'Istituto, 1935. - 481 p., [5] c. di tav. : facsimili ; 27 cm. - (Regesta chartarum Italiae ; 20)

(IT-MiFBE)RCH0020_UBO02103366

The digital reproduction of this work is licensed under a [Creative Commons Attribution - NonCommercial - NoDerivs 3.0 Unported License](#). Permissions beyond the scope of this license may be available at customer.service@beic.it.

La riproduzione digitale di quest'opera è distribuita con la licenza [Creative Commons - Attribuzione - Non commerciale - Non opere derivate 3.0 Unported](#). Permessi oltre lo scopo di questa licenza possono essere richiesti a customer.service@beic.it.

R. ISTITUTO STORICO ITALIANO PER IL MEDIO EVO

Regesta Chartarum Italiae

IL CARTOLARE

DI

GIOVANNI SCRIBA

A CURA


DI


MARIO CHIAUDANO


VOL. II

ROMA
NELLA SEDE DELL'ISTITUTO
VIA DEI FILIPPINI, 4

1935-XIII







rebus iusti honoris ueritatis dignitatis. ut in amorem curabimus. recta
et sumus uictoribus. conquerentes continentiam sustinam.
ut cognoscimus uobis loquimur salutis nostris amicis locis delegatis
agregatis auctoribus. pueris. et in amore curabimus. recta
Quoniam diuina maiestas inconfusa officia adi-
urbano. nos et per agros. uobis amicis et
dirige. in me curiam. recta.
Cū signa maiestatis illustrissime ipso cor adiu-
augmēti exultat. hanorum uos dñm regnabas
uniuscū xpisclus. legumē dedefensione men-
letari oportet. qm p. iustitia semper cunctis su-
iugis ure magistratibus sic fert. iudea cuncta uir-
recta.
Quia diuina clementia immagna poterit. ha-
defensorē filiorum. lucifere. et estatim merito oī xpcis
dñe magna dilugitur. recta.
Nisi qm modico placuit. sed exeat. ad maiora
Cū romana se deficiat. urbe multas hono-
sib; et quāmet. idē obediens curiam.
qū pueris sic decur- it recipiuntur impende de-
recta omni ecclias dñi man- moletā curaretur mu-
dant; adeo homo. nō impletur. ei p̄cepit tamq; genitū dilectissime obsecrare
opram. nō m̄ ser- uirtus. etq; obsequi infemp̄tū magna dilegitur. sic decurcent ei
fuerit opram. rectas de uita. etq; obsequi uobis illustris illu-
tuor. iuxta lectorum. pedeas adiut
immunitab; aut
Sic enī diuina maiestas nominis uir fama regi delatatio ut filii
gutius quidem recipiunt. ego amor uero adhuc. in me si uita
sic decurrit. et pueris exhibetur. Sic enī sat splendore totū mūndū
minuit. ea p̄manet et filii bñficiis etq; et filius romane sedes usq;
Cūnīa spes. secundas refugit. recta. mutat p̄ dñm patētū et
filii recurrunt. adiut soli recta intercessō uenit festinans.
summet rex cuius de ipsi negrais sepiissime electudinariē cognitū. p̄ int

TAVOLA I.

VOLUME II.

Foglio 167 verso del Cartolare di Giovanni Scriba. - Cfr. vol. II, pag. 259 e seg.

R. ISTITUTO STORICO ITALIANO PER IL MEDIO EVO

Regesta Chartarum Italiae

IL CARTOLARE

DI

GIOVANNI SCRIBA

A CURA

DI

MARIO CHIAUDANO

VOL. II

ROMA
NELLA SEDE DELL'ISTITUTO
VIA DEI FILIPPINI, 4

1935-XIII

IL CARTOLARE
DI
GIOVANNI SCRIBA

A CURA
DI
MARIO CHIAUDANO

VOL. II

R O M A
NELLA SEDE DELL'ISTITUTO
VIA DEI FILIPPINI, 4

—
1935-XIII

DIRITTI RISERVATI

Questo volume fa anche parte della collezione di
DOCUMENTI E STUDI PER LA STORIA DEL COMMERCIO E DEL DIRITTO COMMERCIALE ITALIANO
PUBBLICATI SOTTO LA DIREZIONE DI

FEDERICO PATETTA
ACADEMICO D'ITALIA

MARIO CHIAUDANO
DELLA R. UNIVERSITÀ DI CATANIA

IL CARTOLARE DI GIOVANNI SCRIBA

DCCCIV.

Amico di Mirto dona a Lanfranco di Alberico la sua quota di proprietà della schiava Angelica e della figlia di essa (23 febbraio 1161).

Lanfranci de Alberico].

Testes Philippus de Lamberto, Obertus Spinula, Nuvelonus, Oton bonus fratres et Obertus Conellus. Ego Amicus de Mirto dono tibi Lanfranco de Alberico partem quam habeo in ancilla Angelica et filia eius, que mea pars est medietas et possessionem inde tibi do, facias itaque inde quicquid volueris sine mea contradictione et omnium pro me. Actum in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo primo, .vii. kalendarum (1) martii, indictione, .viii.

[*fo. 101 r.*].

DCCCV.

Blancardo e Bongiovanni Lercario contraggono una societas per afari che Bongiovanni farà in Bugia (. 1161).

Testes Blancardi et Boni Iohannis Lercarii].

* Obertus Spinula, Marchio de Volta, Oliver Collus et (2) Marabotus caravellator. Blancardus et Bonus Iohannes Lercarius contraixerunt societatem lb. .cxx. quarum due partes sunt Blancardi et tercia Boni Iohannis, cum hac societate laboratum Buçeam et quo voluerit, societatem facere possit accipiendo ad eam et mittere Iannuam cum testibus et scripto, de lucro eius et sue persone quisque medietatem habiturus. In potestatem Blancardi. Actum in capitulo, .MCLXI., indictione .viii.

(1) Cancellato: i.

(2) Cancellato: Bast.

DCCCVI.

Blancardo e Durando Calegari contraggono una societas per affari che Durando farà in Sicilia (. 1161).

Testes Blancardi et Durantis].

* Petrus de Marino, Bonus Iohannes Laercarius, Oliverius Collus et Marabotus caravellator. Contraxerunt societatem Blanckardus et Durandus Calegarius de lb. .lx. et s. .viii. in quam Blanckardus duas partes et Durandus terciam. Hanc Durandus laboratum Sciciliam inde Ianuam in potestatem Blanckardi capitale et proficuum, de lucro societatis et percacio sue persone medietatem quisque. Actum in capitulo, .MCLXI., indictione .viii.

DCCCVII.

Ansaldo Abailardi si rende garante verso Oberto di Buon Tommaso di quanto questi aveva pagato al proprio padre (2 marzo 1161).

Oberti de Bono Thoma].

* Testes Nuvelonus de Albericis, Bonus Vassallus de castro et Petrus de Marino. Ego Ansaldus Abailardi (1) promitto tibi Oberto de Bonothoma quod, si de centenariis piperis quod pater meus uxori tue querebat pro viro eius quondam Carbonis Grancii pro quo ipsi meo patri dedisti s. .lv. aliquo tempore inquietaberis vel inde aliquod evictum tibi fuerit, inde te liberabo et id tibi restituam infra octavam diem et ex hoc tibi me constituo proprium et principalem debitorem, abrenuncians legi qua principalis prius secundario conveniendus est hocque tibi stipulanti sub pena dupli promitto ut, nisi sic observavero, exinde (2) tuā actoritate et sine decreto consulim et mea contradictione et omnium pro me intrare possis in meis bonis quibus volueris et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari facias et nomine vendicionis possideas sine contradictione (3) mea et omnium pro me. Actum in pontili capitulo, .MCLXI., .v. nonas marcii, indictione .viii.

DCCCVIII.

Intestazione di un atto tra Siro arcivescovo di Genova e Ogerio scriba (.)

(1) *Cancellato:* constituo me.

(2) *Nel ms. hinde con h cancellato.*

(3) *Cancellato:* eius.

Ogerii scribe].

* Nos Syrus Dei gratia Ianuensis episcopus (1).

[*fo. 101 v.*].

DCCCIX.

Bernardo di Aspirano si obbliga di restituire a Blancardo la metà dell'allume che gli venisse tolto in seguito ad evizione del comune o di altra persona (5 marzo 1161).

Blancardi].

* Testes Rolandus Capellanus, Borracius guardator et Dominicus magister de castro. Ego Bernardus de Aspirano promitto tibi Blancardo quod si de .vi. sportis aluminis que ipsi Blancardo et Bernardo Fulcerio comunes venerant a Pisis aliquid evictum erit a comuni vel alia persona ego medietatem tibi restituam infra sextum diem, si non, penam dupli stipulanti tibi promitto et ideo bona mea pignori ut nisi sic fecero exinde pro sorte et pena intrare possis in meis bonis quibus volueris et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari facias ac nomine vendicionis possideas. Abrenuncio legi qua prius secundo prior debitor convenitur. Actum in capitulo, .MCLXI., .vi. die marci intrantis, indictione octava.

DCCCX.

Oberto Spinola e Giovanni Perito contraggono una societas per traffici che Giovanni farà in Sardegna e altrove (9 marzo 1161).

Oberti Spinule et Iohannis Periti].

* Testes Bellobon, Bonus Vassallus de Premanfredo, Vivaldus. Obertus Spinula et Iohannes Peritus contraxerunt societatem in quam ut mutuo professi sunt Obertus Spinula lb. .iii. et Iohannes Peritus s. .xxx. Hanc societatem Iohannes Sardineam et inde Barbariam, inde Ianuam vel a Sardineā (2) Ianuam, in potestatem Oberti qui medium lucri eius et percacii persone illius habiturus est. Iuravit salvare et bona fide augere et promovere nisi iter aliud mutare et ei reducere. Actum in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo primo, .viii. die martii, indictione .viii.

DCCCXI.

Bernardo Fulcerio dichiara a Blancardo che su una somma della loro societas egli non ha alcun diritto (10 maggio 1161).

(1) In bianco, per circa un terzo, il resto della pagina.

(2) Nel ms. Sardineam con l'm cancellato.

Blancardi].

* Testes Oger Nocentius, Wuilielmus Rogeronis, Bonus Iohannes Lercarius et Petrus consanguineus Iohannis scribe et Casal. Ego Bernardus Fulcerius profiteor quod lb. .xxxviii. quas Blancardus laboratum misistis de nostra societate vestre sunt et lucrum eorum et ad vestram fortunam, quia vobis eas concessi pro lb. .xxxviii. et rationate sunt in partem vestram societatis. Actum in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo primo, .x. die marcii, indictione .viii.

DCCCXII.

Bongiovanni Lercario dichiara di portare a Bugia merci di Guglielmo Mallone ad resicum et fortunam di esso (16 aprile 1161).

Wuilielmi Mallonis].

* Testes Lambertus Philippi, Guido de Lauda, Obertus .xxx. vellate et Mussus de Sarega. Professus est Bonus Iohannes Lercarius se portare Buçeam de rebus Wuilielmi Mallonis ad resicum et fortunam ipsius lb. in penso sete .lxxxxiii. et decem pecias de tela Yspanie cannas .xlvi. que omnia ipse W. appreciatur lb. .xxxii. Hec ipse Bonus Iohannes portat Buçeam nec debet inde facere aliquas expensas in eundo ad lignum vel comedionem, vendere ut melius poterit, implicare in cera vel alumine in quo melius videbitur aut auro si non melius videbitur, de illis mercibus quam cito possit remittere, collocare cum testibus ad nomen eius, habere inde debet et tenere .vi. mersemutinos. Actum in capitulo, .mclxi., .xvi. die aprilis, indictione .viii.

DCCCXIII.

Obeto Spinola affitta a Eriberto di Rapallo e Otone Pancia la sua parte dell'introitus ripe et porte et macellorum et grani (20 marzo 1161).

Oberti Spinule et Eriberti rapallini ac Otonis Pancie].

* Testes Ansaldus Spinula, Albertus Lercarius et Wuilielmus Caligae Pallii. Obertus Spinula locavit Eriberto rapallino et Otoni Pancie partem suam introitus ripe et porte et macellorum et grani a proximis kalendis madii usque annos .iii. pro libris sex quas ipsi conductores inde sibi annuatim promiserunt nisi imperator interim stratas vetaret, ille non auferendi, isti non dimittendi interim et conductionem solvendi, utrinque sub stipulacione sibi adinvicem

penam dupli promiserunt, sibi inde pignori subientes adinvicem bona sua. Actum in capitulo, .MCLXI., .xx. die marci (1), indictione .viii.

[*fo. 102 r.*].

DCCCXIV.

Alberto fratello di Arnaldo giudice dichiara di portare laboratum somme dell'arciprete Guglielmo e di Orcoita sua sorella (29 marzo 1161).

Archipresbiteri Wuilielmi et Orcoite sororis Arnaldi iudicis].

* Testes Arnaldus iudex et Casalis. Professus est Albertus frater Arnaldi iudicis se portare laboratum quo vadit lb. .xii. archipresbiteri Wuilielmi et lb. .xii. Orcoite sororis (2) sue quas ab eis cepit portandas quo ierit ad resicum et fortunam eorum, facturus inde expensas per libram secundum quod faciet de aliis que portat et per libram pariter lucrari debent. Proficuum librarium .xii. esse debet archipresbiteri et proficuum aliarum .xii. esse debet predicte Orcoite, in manus eorum (3) reduci debent missurus hoc eis secundum quod mandaverint certo nuncio vel litteris. Actum in pontili capitulo, millesimo centesimo .LXI., penultima marci, indictione .viii.

DCCCXV.

Ugo Botino si obbliga di restituire la dote nel caso che la Chiesa pronunci la sua separazione dalla moglie, sorella di Ogerio Nocenzio (8 aprile 1161).

Florimontis sororis Ogerii Nocentii].

* Testes Philippus Cincia, Ansaldus Montesellus et Bonusvassallus Montesellus. Ego Ugo Botinus iuro supra sancta Dei evangelia quod, si contigerit me licentia ecclesie separari a sorore tua Ogeri Nocenti, ego faciam ei vel tibi si volueritis cartulam refutacionis docium eius que ei estimate sunt iam et tradite et donacionem tocius iuris quod in eis habeo et non repetendi eas per omnia ut vester iudex laudaverit et iuro quod non vendi (4) vel donavi eas vel ex eis quicquam alicui. Actum in capitulo, MCLXI. vigilia ramis palmarum, indictione .viii.

(1) *Nel ms. ripetuto*: in capitulo.

(2) *Cancellato*: ai.

(3) *Nel ms. eorum ripetuto*.

(4) *Sic nel ms.*

DCCCXVI.

Arnaldo Eremita si obbliga di provvedere al mantenimento della figlia di Giovanni Alio, col reddito di una somma dei figli del medesimo ch'egli tiene (18 aprile 1161)

Filiorum quondam Iohannis Alii].

Testes Philippus Cincia, Petrus de Marino, Obertus Calige Pallii, Nicola Gaçan. Ego Arnaldus Eremita profiteor me habere lb. .vii. denariorum ianuensium filiorum quondam Iohannis Alii pro quibus cum introitibus eorum quos colligo providebo in victu et vestibus, ut conveniat, filie ipsius Iohannis usque triennium, sin penam dupli tibi stipulanti bona pignori ut nisi sic exinde pro ipsa pena intrare et extimari facere et nomine vendicionis possidere et si concordaverit per eandem rationem amplius pariter et cetera. Actum in capitulo, .mclxi., .xviii. die aprilis, indictione .viii.

DCCCXVII.

Eustacchio e Ingone Rubeo contraggono una societas (20 aprile 1161).

Eustachii et Ingonis Rubei].

* Testes Bonus Iohannis Malfiaster, Ansaldus Cintracus et Petrus Vinantius. Societatem contraxerunt Eustachius et Ingo Rubeus in quam Ingo lb. .lx. (1) et s. .ii. et Eustachius lb. .cxxxii. s. .iii. Hoc laboratum quo voluerit, ad medietatem proficui et lb. .xxxii. et s. .vii. $\frac{1}{2}$ Eustachii, ad quartam proficui reducendam in proficuum societatis. Licentiam mittendi secundum quod sibi melius videbitur ad proficuum societatis. Per libram expendere et lucrari (2) ut Deus ordinaverit. Debet lb. .xxxii. s. .vii. $\frac{1}{2}$. Actum in capitulo, millesimo .clxi., .xx. die aprilis, indictione .viii.

DCCCXVIII.

Bono Infante dona al figlio Casale emancipato ogni ragione ed azione sulle cose che il medesimo tiene (21 aprile 1161).

Casalis].

Testes Bernardus magister, Petrus eius nepos, Wuilielmus Cru-

(1) *Cancellato:* et s. .xvii.

(2) *Cancellato:* lb.

setus et Sigifredus guardator. Ego Bonus Infans dono tibi Casali filio meo emancipato omne ius et omnes acciones quod et quas habeo in rebus quas habes, fili mi, precio emancipationis aut alio modo. Actum in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo primo, .xxi. die aprilis, indictione .viii. In pontili.

DCCCXIX.

Casale promette di provvedere al padre per tutta la sua vita secondo le necessità e i suoi mezzi (21 aprile 1161).

Bonifantis].

* Die loco et testibus eisdem. Ego Casalis promitto vobis Bonofanti patri meo quod quo advixeritis secundum quod necesse habueritis et secundum facultates meas vobis ministrabo et dabo de rebus meis. Hoc vobis promitto sub pena librarum .x. cum stipulacione.

[*fo. 102 v.*].

DCCCXX.

Casale dichiara di aver ricevuto la dote della moglie Richelda nipote di Aimerico e dà alla medesima l'antefactum (29 aprile 1161).

Richelde uxoris Casalis].

Testes Bernardus magister, W. Caligepallii, Ogerius Butinus et Petrus nepos Bernardi magistri. Ego Casalis confiteor me habuisse de dotibus Richelde neptis Aimerici lb. .xxiii. et inde me voco quietum, do tibi preterea in bonis que habeo et habiturus sum (1) tantum quod bene valeat lb. .xxiii. denariorum ianuensium habendas et tenendas pro more et consuetudine civitatis Ianue pro antefacto. Actum in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo primo, penultima aprilis, indictione .viii.

DCCCXXI.

Sentenza arbitrale data da Guglielmo Burone e Oberto Cavarunchi nella lite tra i fratelli Lecalosso e Guvenzone (5 maggio 1161).

* Lis erat inter Lecalossum et Guvenconem fratres de decima Tarii quam pater eorum tenere consueverat et ipsi postea, quam quia

(1) *Cancellato*: lb.

Lecalossus habere desit et posteā sibi recepit ab eo quem dicebat sibi eam evicisse, asserebat Guvençon quod in fraudem (1) eām dimiserit ut sibi postea soli esset et de libris .xx. quas pater eorum in testamento ipsi Lecalosso dimiserat dandas ei in denariis e co-muni aut habendas in terra de Vosta. Propterea et pro omni controversia et (2) omni inquietacione quam unus adversus alium movere posset ex quo pater eorum fuit mortuus comuni concordia se posuerunt in arbitratu Wuilhelmi Buronis et Oberti Cavarunchi, quorum sententiam aut pronunciacionem quam super his fecerint iuraverunt observare. Quia itaque ipse Lecalossus iurare noluit quod decimam illam sententia perdidit et non sub fraude aliqua, cum illiud iuramentum ei remisisset Guvençon, absolverunt eum inde de predictis lb. .xx. quia liquido eas habiturus erat laudaverunt, ipsas habeat in predicta terra salva rācione absentis godentis, ita ut si usque sanctum Iohannem Guvençon ei dederit lb. .vii. inde terça in denāriis partem suam ipsius terre recuperet et Godentius similiter suam si ita fecerit et si Guvençon ita non solverit quantum tercia est ipsius terre habeat contra eum ipse Lecalossus et inde proprietario nomine quod velit faciat sine contradicione eius et omnium pro eo. Et si terra illa non valuerit quantum ipse ibi compleantur ei in bonis quondam patris eorum in arbitratu (3) estimatorum de Rapallo, unum insuper ab altero adinvicem omnino absolverit de omni lamentacione et inquietacione quam unus adversus alium movere posset ex quo pater mortuus fuerit quia cum fratres essent et nollent occasionem posse subire e preteritis qua in alterutrum molestari debent hanc absolucionem voluerunt. Actum in capitulo millesimo .clxi., .v. die madii indictione .viii.

DCCCXXII.

Stabile e Margone contraggono una societas per affari che Margone farà in Alessandria (8 maggio 1161).

Stabilis et Margonis].

Testes Alberto de Custode, Nicolosus, Wuilhelmus Poncius et Baldeçon Ugonis de Baldeçone. Stabilis et Margonus contraxerunt societatem librarum ducentarum sexaginta duarum de qua dicunt Wuilhelmus de balneo habere lb. .xxxiii. laboratum, Margonus autem portat lb. .ccxxviii. Alexandriam et quo voluerit, in reditu in

(1) *Cancellato:* suam.

(2) *Cancellato:* pro.

(3) *Cancellato:* illorum.

potestatem Stabilis vel eius nuncii reduci debent et capitali tracto omne proficuum ipsius societatis et percacii de persona eius per medium partituri sunt capitali cuiusque diducto. Portat etiam lb. .cxviii. Stabilis lucraturas ei per libram ut alie et expendere debent per libram ut alie. Licenciam quoque ei dedit mittendi de ipsa pecunia laboratum et quo sibi melius videbitur. Actum in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo primo, .viii, die madii, indictione .viii.

[*fo. 103 r.*].

DCCCXXIII.

Anselmo di Gotizone e Andrea, lombardo, contraggono una societas per affari che Andrea svolgerà quo voluerit (9 maggio 1161).

Anselmi de Gotizone et Andree lombardi].

* Testes Gibertus Ribaldus de Sancto Martino, Marchio Muscarol et Iohannes speciarius. Anselmus de Gotizone et Andreas lombardus contráixerunt societatem in quam Anselmus lb. .xxiii. et d. .xxxii., Andreas lombardus lb. .xii. et d. .xv., quam societatem ipse Andrea portat laboratum Capese et quo voluerit, in reditu in potestatem Anselmi vel eius nuncii reduci debet et, capitali cuiusque diducto, proficuum ipsius scoietatis et de percacio persone eius per medium sunt partituri. Actum in capitulo, .MCLXI., .viii. die madii, indictione .viii.

DCCCXXIV.

Gilberto, banchiere, Ribaldo di San Martino, Idone di San Martino e Oliviero di San Martino contraggono una societas per affari che Idone e Oliviero faranno quo voluerint (9 maggio 1161).

Giberti Ribaldi de Sancto Martino, Idonis de Sancto Martino et Oliveri de Sancto Martino].

* Testes Homodeus guardator, Iohannes speciarius et Martinus bancherius. Societatem contraxerunt Gibertus bancherius, Ribaldus de Sancto Martino, Ido de Sancto Martino et Oliverius de Sancto Martino, in quam Gibertus lb. .xvi. s. .xvi. contulit, Ribaldus lb. .xvi. s. .xvi., Ido et Oliverius lb. .xvi. s. .xvi. ambo cum hac societate coniunctim vel separatim ut voluerint portare debent Capese laboratum et quo voluerint usque duos annos nisi prius lassissiti ab eis erunt, aut ad divisionem evocati. In reditu in potestatem aliquius eorum hec omnia reduci debent et capitali tracto proficuum et percacii persone eorum per medium dividere debent. Portant

etiam s. .xxviii. Boiamundi Iohannis Christiani ad medium proficuum quod in ipsam societatem debet converti et s. .vi $\frac{1}{2}$. Bocherro de Bavali ad medium proficuum similiter et libram unam safrani uxoris Giberti cui esse debet capitale et proficuum. Actum in capitulo, .MCLXI., .viii. die madii, indictione .viii.

DCCCXXV.

Bernardo Aspirani si riconosce debitore verso Blancardo di una somma di denaro che pagherà al 24 giugno 1161 (12 maggio 1161).

Blancardi].

Simon Aurie, Philippus Aradellus, Stabilis et Gibertus. Ego Bernardus Aspirani debo tibi Blancardo lb. .xxviii. s. .xiii. denariorum ianuensium quas tibi stipulanti me daturum promitto usque proximum festum sancti Iohannis de iunio. Actum in capitulo, .MCLXI., .xii. die madii, indictione .viii.

DCCCXXVI.

Guido « magister de antelamo » si riconosce debitore verso Pietro « caravellator » della dote di Agnese, moglie di questo (13 maggio 1161).

Petri caravellatoris].

* Testes (1) Rodulphus Turris, Obertus Agucia, Rainer Calegar et Iohannes frater Auree. Ego Guido magister de antelamo profitor quod debo tibi Petro caravellatori de dotibus cognate mee Agnesie uxoris tue lb. .xiii. de quibus hodie dabo tibi lb. .vi. in guarnimentis in arbitratu duorum communalium amicorum. Alias autem .x. lb. in denariis tibi dabo usque proximum festum sancti Michaelis, quod si non fecero penam dupli tibi stipulanti promitto, unde pro sorte et pena bona mea tibi pignori subicio, ut, nisi ita adtendero, exinde pro sorte et pena intrare possis in bonis que habeo et habiturus sum (2), tua auctoritate et sine decreto consulim et quantum hoc fuerit tibi estimari facias et estimatum nomine vendicionis possideas et inde quid velis facias sine nostra contradicione et omnium pro me. Actum in domum eiusdem Guidonis, millesimo centesimo sexagesimo primo, .xiii. die madii, indictione .viii.

(1) Cancellato: Tedis.

(2) Cancellato: et qui.

DCCCXXVII.

Giovanni fratello di Aurea si dichiara debitore di Pietro « caravallator », suo cognato di una somma di denaro a titolo di prestito marittimo (12 maggio 1161).

Petri caravallatoris].

* Testes Guido magister, Rodulfus Turris, Obertus Agucia et Rainer calegarius. Ego Iohannes frater Auree debo tibi Petro caravallatori meo cognato lb. .iii. denariorum ianuensium quas (1) iuro solvere tibi vel tuo misso per me vel meum missum in denariis infra mensem postquam venero ego vel navis qua iturus sum Alexandriae, aut, si ea non redierit, infra mensem postquam tempus erit quo venire consueverunt naves euntes tempore quo ipsa vadit (2) nisi quantum impedimento remanserit vel tua licentia aut tui certi nuncii, quod si impedimentum affuerit, eo transacto, tenebor pariter. Si tua licentia vel tui nuncii terminus prolungabitur ab indultum vel indultos terminos pariter tenebor. Insuper hoc me tibi observaturum sub pena dupli promitto et omnia mea bona inde tibi pignori subicio, ut nisi ita observavero exinde tua auctoritate et sine decreto consulum in meis bonis quibus volueris intrare sine decreto et cetera. Die predicta.

[*fo. 103 v.*].

DCCCXXVIII.

Pietro « caravallator » dona alla moglie Agnese l'antefactum (13 maggio 1161).

Agnesie Curtesie].

* Testes Guido magister, Rodulfus, Rainer calegarius, Lanfrancus Guidonis magister et Iohannes frater Aurie. Ego Petrus caravallator dono tibi Agnesie dilecte sponse mee in bonis que habeo et habiturus sum tantum quod bene valeat lb. .xii. habendas et tendendas pro more et consuetudine civitatis Ianue. Actum loco et die predicto.

DCCCXXIX.

Bongiovanni Malfigliastro e Tommaso Giovanni Cristiani contraggono una accomandacio per affari che il secondo farà a Palermo (21 maggio 1161).

(1) *Cancellato*: promitt.

(2) *Cancellato*: si.

Boni Iohannis Malfiastri et Thome Iohannis Christiani].

* Testes Ionathas Ciriol, Ismael, Bertolotus de campo et Bonusvassallus Alberti Bonici. Bonus Iohannes Malfiaster et Thomas Iohannis Christiani lb. .x. portat etiam lb. .LXXXIII $\frac{1}{2}$. ipsius Boni Iohannis ad quartam proficui que sua erit. Hoc portat Panormum laboratum inde Ianuam venire debet et ea in potestatem ipsius Boni Iohannis vel eius nuncii totum reducere, capitali societatis di ducto, eius proficuum et tocius percacii persone eius per medium partiri debent. Iuravit insuper hoc salvare et bona fide promovere et non inde facere aliqua fraude et ea omnia reducere ut supra. De ipsius autem rebus sunt iam Scicilie lb. .xiii. Actum in capitulo, .MCLX. (1), .xxi. die madii, indictione .viii.

DCCCXXX.

Ribaldo Sarafie e Ogerio di Porto Delfino contraggono una societas per affari che Ogerio farà quo voluerit (23 maggio 1161).

Ribaldi Seraphie et Ogerii portus delfini].

Testes Ansaldus de Ponte, Todescus et Bonusvassallus Botacius. Societatem contraxerunt Ribaldus Saraphie et Oger Portus Delfini, in quam Ribaldus lb. .iii., Ogerius lb. .ii. Hanc societatem Oger laboratum quo voluerit, inde Ianuam, diducto capitali, proficui divisuri per medium. Actum in capitulo, .MCLX. (2), .xxiii. die madii, indictione .viii.

DCCCXXXI.

Guglielmo Musso affitta a Iano Stefani la parte di una casa a San Lorenzo (28 maggio 1161).

Iani Stephani Romani].

* Testes Opiço Sardena, Bernardus de Langasco et W. Strinatus et Martinus de Calcia. Ego W. Mussus locavi a te, Iane Stephani, partem domum tuam de Sancto Laurentio, de qua omni anno debeo tibi s. .xiii. pro pensione quos me tibi solutum promitto. Ipse autem Ianis professus est se habere ab eo s. .xx. Actum in capitulo, .MCLXI., .iii. kalendarum iunii, indictione .viii.

(1) Sic nel ms.

(2) Sic nel ms.

DCCCXXXII.

Anselmo di Gotizone e Giovanni Vetulo contraggono una societas per affari che il secondo farà quo voluerit (6 giugno 1161).

Ansaelmi de Gotiçone et Iohanni Vetuli].

* Testes Martinus de Diana, Vivianus Carlembellus et Bencavalca guardator. Anselmus de Gotiçone et Iohannes Vetulus contraxerunt societatem in quam Anselmus lb. triginta contulit et Iohannes lb. .xv. Dedit etiam ei licentiam ipse Anselmus portandi ultra hec s. .xvii. minus d. .ii. et meçenás .iii. et .ii. pecias panni de Nemese, que per libram expendere debent, et, si eas reduxerit, quarta proficui earum converti debet in proficuum predicte societatis. Hanc societatem laboratum portat quo voluerit ipse Iohannes, sed eam reducere debet in proxima ventura estate et in potestatem ipsius Anselmi vel eius nuncii reducere debet capitale et proficuum et, capitali diducto, proficuum debent per medium dividere. Iuravit insuper quod hanc societatem bona fide salvabit et promovebit ad commodum suum et predicti Anselmi, secundum tenorem fide societatis et quod non defraudabit eum ultra s. .v. et quod eam restituet ut cautum est nisi impedimento vel licencia ipsius Anselmi remanserit et, impedimento transacto, quam cito impedimentum transierit, hec complebit vel, si eius licentia, ad terminum indulsum. Actum in capitulo, .MCLXI., .vi. die iunii, inductione .viii.

(1) Et omnes sociates quas hactenus habuere divise sunt et quisque habet partem suam.

DCCCXXXIII.

Gandolfo di Maiol dona al figlio emancipato Giovanni il suo peculio e l'ottava parte delle sue sostanze, ritenendo l'usufrutto (8 giugno 1161).

Testes Iohannis filii Gandulfii de Maiolio].

* Testes presbiter Iohannes de Sancto Damiano, Oto iudex, Guido-tus guardator, Lambertus Bavalascus et W. Bucherius. Ego Gandulfus de Maiol dono et concedo tibi Iohanni filio meo emancipato omne peculium tuum et octavam partem tocius mei posse, cuius in vita mea retineo usumfructum. Post mortem vero meam inde quid velis facias hoc absque mea contradictione et heredum meorum et omnium pro me. Actum in ecclesia Sancti Laurentii, .MCLXI., .viii. die iunii, inductione .viii.

(1) Cancellato: h.

[fo. 104 r.]

DCCCXXXIV.

Martino De Mari prende a mutuo una somma di denaro da Adalasia moglie di Martino Tornello (9 giugno 1161).

Adalasie uxoris Martini Tornelli].

Testes Nuvelon, Wuilielmus Guercius de Ponte, Lanfrancus Fren-guellus, Marchetus Laudola et Calavron de Susilia. Ego Martinus de mari cepi a te Adalasia uxore Martini Tornello, concedente tibi socero tuo Wuilielmo Tornello, lb. denariorum ianuensium .LXXXIII. mutuo pro quibus per me vel meum missum dabo memorato viro tuo vel eius misso lb. centum triginta denariorum a proximo festo beati Iohannis usque anno .III., quod si non fecero penam dupli tibi stipulanti promitto, ut si ita non observavero exinde tua actoritate et sine decreto consulim et mea contradictione et omnium pro me intrare possis in bonis meis quibus volueris tu vel memoratus vir tuus et quantum hoc fuerit vobis faciatis estimari et estimatas nomine vendicionis possideatis et inde quid velitis faciatis. Iuro insuper hanc solucionem me ut superius legitur facturum nisi iusto impedimento Dei remanserit vel licentia predicti viri tui vel eius missi, quod, si impedimento remanserit, statim eo transacto, vel si licentia, ad indultum vel indultos terminos hoc complebo. Ego preterea Stabilis constituo me huius debiti proprium et principalem debitorem, ita quod, nisi memoratus Martinus ut supra solverit, abinde usque octo dies hoc solvam. Quod si non fecero stipulanti tibi Adalasie ut supra promitto, abrenuncians legi qua prius secundo prior debet debitor conveniri. Actum in ecclesia Sancti Laurentii, .MCLXI., .VIII. die iunii, indictione .VIII.

DCCCXXXV.

Anselmo Clarella dichiara il lucro di una societas che ha col proprio cognato spettante ad Adalasia (10 giugno 1161).

Adalasie Donumdei].

* Testes W. Buron, Matheus Pignol, Ogerius Clarella. Professus est Anselmus Clarella quod in lb. .XLVIII. capitalis quas habet a suo cognato Al(exandro) (1) de societate domine Adalasie lucratus est lb. .XIII. Actum in capitulo, millesimo centesimo .LXI., .x. die iunii, indictione .VIII.

(1) *Nel ms.: Al.*

DCCCXXXVI.

*Guglielmo di Se Dondedo contrae una accomandacio con Adalasia
(10 giugno 1161).*

Adalasie Donumdei].

* Testes Matheus Pignolus, Girardus guardator et Stepanus. Professus est Wuilielmus de Se Dondedo quod in societatem habeat de rebus domine Adalasie lb. .xxviii $\frac{1}{2}$. ad quas de suo posuit lb. .xiii. et s. .v. quod confessus est Wuilielmus Buron quod pro ipsa Adalasia recipiebat. Hanc societatem ipse memoratus Wuilielmus laboratum portat Sciciliam inde Ianuam redditurus in potestatem domine Adalasie vel eius nuncii et capitali tracto proficuum per medium partituri. Actum in capitulo, .MCLXI., .x. die iunii, indictione .viii.

DCCCXXXVII.

*Guglielmo Moraga vende a Pietro caravellator uno schiavo saraceno
(10 giugno 1161).*

Petri caravellatoris].

* Testes Philippus Aradellus, Philippus Bonifacii, Dominicus magistri, Rodulfus et Petrus nepos Bernardi magistri. Ego Wuilielmus Moraga narbonensis cepi a te Petro caravellatore s. .lv. finito precio pro uno sarraceno iuris mei Alio nomine, quem pro supradicto precio tibi vendo et trado (1). Quid velis facias proprietario nomine tu et heredes tui aut cui dederis, deffendere et actoricare promitto, si non penam dupli, bona pignori ut nisi sic exinde et accipere quantum hoc fuerit tua actoritate et sine decreto alicuius potestatis et hoc tibi estimari facias et nomine vendicionis possideas. Nescio quod sit occidivus, fur vel fugitivus. Actum in capitulo, .MCLXI., .x. die iunii, indictione .viii.

DCCCXXXVIII.

*Nuvelono si costituisce fideiussore verso Martino Tornello per un
debito che Stabile ha verso di lui (15 giugno 1161).*

Martini Turnelli].

Testes Wuilielmus Guercius de ponte, Lanfrancus Frenguellus, Marchio Laudola, Belengerius, Wuilielmus Saffran et plures alii. Ego Nuvelonus promitto tibi Martino Tornello stipulanti quod si

(1) Cancellato: ut.

Martinus de mari vel heredes eius vel Stabilis aut heredes eius non solverit tibi vel tuo nuncio centum .xxx. lb. de quibus tibi fecere caucionem ut est quod ab inde usque octo dies ipsam solucionem tibi vel tuo nuncio faciam, sin penam dupli tibi sub stipulacione promitto et bona mea propterea tibi pignori subicio ita ut nisi sic observavero exinde in bonis meis que volueris intrare possis pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari facias et nomine vendicionis possideas. Hoc tua actoritate et sine decreto consulum et inde quid velis et cetera et abrenuncio legi et cetera, cum de hoc debito me tibi primum et principalem debitorem constituam. Millesimo centesimo sexagesimo primo, .xv. die iunii, inductione .viii. Eadem die et coram eisdem testibus sub osculo pacis Stabilis se observaturum promisit quod in altera cartula promisit.

[*fo. 104 v.*].

DCCCXXXIX.

Bibaldo di Capo di Pagana dona al figlio Ogerio, emancipato, beni per libre 140 e la moglie interviene nella donazione (16 giugno 1161).

Ogerii Capitis de Pagana].

Testes Opiço iudex, Picamilium, Iordanus Gisulfi, Ardeçon Picalmii, Donumdei iudex et Oto Notarius. Ego Ribaldus de Capite Pagane dono tibi Ogerio filio meo emancipato in loco meo de Capite Pagane tantum quod bene valeat lb. .xxxx. denariorum ianuensium ed inde quid velis proprietario nomine facias tu et heredes tui aut cui dederitis sine mea contradictione et heredum meorum et omnium pro me et si in hoc defuerit in aliis meis bonis tibi compleatur et quantum hoc fuerit (1) tibi facias estimari et nomine proprietario deinceps possideas et inde quid velis facias sine mea contradictione et meorum heredum et omnium pro nobis. Confiteor etiam mie iurasse quod hanc donacionem perpetuo ratam et firmam habeo nec retractabo, prefate vero donacionis ammodo possessionem et dominium habeas. Ego Domna de Ben huic donacioni concedo et quantum in hoc casu iuri hypothecarum abrenuncio et si in bonis viri mei ipsa donacio non poterit adimpleri in meis bonis tibi filio meo compleatur et quantum hoc fuerit tibi ex meis bonis estimari facias et estimatum possideas et inde quid velis facias et in hoc casu abrenuncio senatus consulto Velleiani. Hoc totum facio consilio propinquorum meorum Boni Johannis

(1) *Cancellato:* tua act.

Ricci et Wuilielmi Guercii. Ego Ogerius iuro me hanc donacionem bona fide tenere et quod inde vel pro ea nullum cambium vel donacionem faciam patri, matri, fratribus aut alicui persone occasione eorum. Actum in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo primo, .xvi. die iunii, indictione .viii.

DCCCXL.

Filippo Aradello e Pietro nipote di maestro Bernardo contraggono una societas per affari che Pietro farà in Romania (18 giugno 1161).

Philippi Aradelli et Petri nepotis Bernardi magistri].

Testes Berniçon Claviger, Oger scriba, Baldeçon Ravagna, Bonavita Iohannis Christiani et Vivianus guardator. Societatem contraxerunt Philippus Aradellus et Petrus nepos Bernardi magistri, in quam ut mutuo professi sunt Philippus contulit lb. .xxx. et s. .xv. et Petrus lb. .xv. et s. .vii $\frac{1}{2}$. Ultra etiam dedit ipse Philippus ei s. .xx. pro quibus in Romania quo iturus est cum hac societate Petrus ponere debet .mii. perperos minus quarta et ad eos de aliis rebus quas illuc habet perperum unum et novem kart., inde versus occidentales partes quo voluerit reverti debet laboratum et Ianuam adducere et in potestatem prefati Philippi vel Wuilielmi fratris eius ponere proficuum et capitale, ad divisionem, capitali diducto, proficuum per medium partiri debet. Alias autem res suas quas Romanie habet licenter accipere et adducere potest semotim implicatas ab eis de societate et inde per libram expensas facere debet per libram. Lucrum autem sibi esse debet. Baldeçon et Bonavita non audiverunt de superfluo predicte societatis. Actum in capitulo millesimo centesimo sexagesimo primo, .xviii. die iunii, indictione .viii.

DCCCXLI.

Blancardo e Gerardo figlio di Pietro Gerardi contraggono una societas per affari che Gerardo farà a Salerno e in Sicilia (19 giugno 1161).

Blancardi et Gerardi filii Petri Gerardi].

* Testes Philippus Claviger, Hospinel de Verdun, Meior faber, Oto calegarius et Ansaldus Tablascus. Societatem contraxerunt Blancardus et Gerardus filius Petri Gerardi (1) in quam Blancardus con-

(1) Nel ms. è ripetuto: contraxerunt societatem.

tulit lb. .xvi. et s. .xvi., Gerardus lb. .viii. et s. .viii. Hanc societatem ipse Gerardus Salernum portare debet laboratum et Sciciliam et quo ipse Blancardus sibi ordinaverit nuncio vel litteris et non alias eam societatem transferre debet nisi hoc modo, in potestatem Blancardi vel eius nuncii capitale et proficuum reduci debet et deducto capitali proficuum per medium dividi. Portat etiam ultra hoc de rebus Blancardi lb. .vii. ad quartam proficui in proficuum societatis convertendam, iuravit tactis sanctis evangeliis quod has res bona fide salvabit et (1) augmentabit et, ut dictum est, restituet iuxta tenorem fide societatis et quod non defraudabit eum ultra s. .v. et quod si de rebus ipsis Blancardi vel sociorum eius aliquanto in suam potestatem deveniet quod hoc bona fide salvabit et fideliter restituet ipsi Blancardo vel nuncio eius aut sociis et quod secundum quod ei mandaverit de eundo (2) vel revertendo observabit nisi impedimento remanserit et eo transacto pariter adimplerbit. Actum in capitulo, .MCLXI., .xviii. die iunii, indictione .viii.

[*fo. 105 r.*].

DCCCXLII.

Marchese Della Volta contrae un mutuo con Marcello di Piacenza (3 luglio 1161).

Marcalli placentini].

Testes Broco de Clavica, Michel de Sancto Nazario et Wuillemus de..... [Ego] Marchio de Volta cepi mutuo a te Marcallo placentino denariorum ianuensium lb. [quinquaginta]ta pro quibus per me vel meum nuncium tibi vel tuo nuncio solvam lb. .l. in denariis usque annum unum, quod si non fecero penam dupli promitto stipulanti tibi, ita ut, nisi sic adtendero, exinde intrare possis in bonis meis quibus volueris pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari facias ac nomine vendicionis possideas et inde quid velis facias, hoc autem sine decreto consulum et nostra contradictione et omnium pro me. Si vero usque .viii. menses has volueris rehabere et ego solvere, pro ratione temporis de incremento habebis. Insuper iuro super sancta Dei evangelia quod ipsam solutionem ut superius legitur faciam tibi vel tuo (3) nuncio, nisi quantum impedimento mortis aut captionis vel tua licentia aut tui missi remanserit, quod si impedimento (4), eo transacto, si li-

(1) *Nel ms. et ripetuto.*

(2) *Cancellato:* stati.

(3) *Cancellato:* heredi.

(4) *Cancellato:* captionis.

centia ad indulto (1) terminos, pariter solvam. Actum in capitulo, .MCLXI., die tercia iulii, indictione .viii.

DCCCXLIII.

Druda di Merlone Guaraco fa il suo testamento (5 luglio 1161).

Iudicamentum Drude Merlinis Guarachi].

Testes Oliver Nivetella, Lanfrancus Cavacia, Ribaldus Lamberti Guercii, Drogus, Obertus et Guaracus. Contemplacione ultime voluntatis ego Druda dispositionem rerum mearum facere cupiens iudico pro anima mea lb. .xxxviii., quas ita dispenso: operi Sancti Andree de ponte apud ecclesiam cuius volo sepelliri do lego lb. .m. et lb. .x. pro obsequiis funeris et pauperibus, operi Sancti Teodori lb. .m., operi Sancti Andree de Sexto s. .xx., ponti Bisampnis s. .xx., operi Sancti Laurentii s. .xx., Bone domine amite mee lb. .m, domine Sale s. .xx., Marino eius filio s. .xx., Fulcoino fratri eius s. .xx., Iohanni de Bulgario avunculo meo lb. .m., Agneti Macaluffi s. .x., Gisle et Alde servientibus meis s. .x., Petro liberto nostro lb. .m., pro annalibus missis lb. .m., in mercede anime mee, infirmis capitis fari s. .xx. Hec omnia, preter lb. .xiii. que pro obsequiis funeris et annalibus missis statim dentur, usque annum solvantur in disposizione Oliverii Nivetelle et uxoris eius et amite mee Bone domne. Viro meo Merloni Guaraco iudico lb. .xx., fratribus meis et sorori Bone Domne cuique lb. .xvii. et terciam, que similiter solvantur. Hec est mea ultima voluntas, que ad instar aliquius ultime voluntatis perpetuo perseveret. Actum in domo testaticis, .MCLXI., .v. die iulii, indictione .viii. (2).

DCCCXLIV.

Corrado di Chiavari rilascia quitanza a Simone Doria di una somma che riceve a saldo di tutte le societas e accomandaciones che aveva col fu Otone Musone (9 luglio 1161).

Simonis Aurie].

* Testes Wuilielmus Buron, Beaqua, Obertus Roça et Oto iudex. Ego Conradus de Clavari cepi a te Simone Aurie libras centum quadraginta ex parte filiorum quondam Otonis Musoni pro quibus per te in hoc eorum procuratorem finem facio et remissionem de

(1) Sic nel ms.

(2) In margine: A B C con richiamo d'ordine di data al doc. DCCCXLVI.

omni societate quam cum patre eorum habui et de omni mea pecunia quam commendacione habuit vel alio modo, excepta pecunia quam Maimonus portavit cuius mea esse debet medietas. De reliquo quod minus de mea parte habeo eis facio donacionem et stipulanti tibi sub pena librarum centum promitto quod de medietate illius pecunie, quam Maimonus ultramare habuit, eos vel per eos quemquam nullo modo inquietabo et de reliquo sub pena librarum centum quadraginta, quod nullam molestiam per me vel aliam personam adversus eos movebo et propterea bona pignori habita et habenda ut, nisi sic, exinde tua actoritate et sine decreto intrare, extimare et nomine vendicionis possidere et cetera et in mea legitate hec observare promitto, .MCLXI., .viii. die iulii, inductione .viii., in ecclesia Sancti Iohannis.

[*fo. 105 v.*].

DCCCXLV.

Simone Doria si obbliga di pagare a Corrado di Chiavari una data somma e ne determina le modalità (9 luglio 1161).

[.....].

* Testes Wuilielmus Buronus Beaqua, Obertus Roça et Oto iudex. Ego Simon Aurie stipulanti tibi Conrado de Clavari sub pena librarum centum quadraginta promitto quod usque biduum tibi solvam lb. centum .xl. predictas sine obstaculo et contradictione alicuius potestatis et omnium personarum et sub pena librarum centum quod faciam ut tibi vel tuo misso solvatur medietas tocius pecunie que de rebus quas Maimonus ultramare portavit rehabebitur a filiis Otonis Musonis vel ab aliquo pro eis et quod de medietate tocius eius quod inde rehabendum est nullomodo inquiereris, bona pignori, ut nisi sic observavero exinde pro sorte et pena tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis meis quibus volueris et quantum hoc erit tibi accipias et estimari facias et nomine vendicionis possideas. Actum in ecclesia Sancti Iohannis, millesimo .CLXI., .viii. die iulii, inductione .viii.

DCCCXLVI.

Boiamondo di Odono dichiara di aver ricevuto da Guidoto Ita la dote della figlia Giusta (7 luglio 1161).

Guidoti de Ita] (1).

Testes Obertus Guaracus, Obertus Cancellarius, Petrus de Marino,

(1) In margine: D E F, con richiamo d'ordine di data al doc. DCCCXLIV.

Philippus Aradellus et Aliner Metlenpe. Ego Boiamundus de Odone
voco me quietum et solutum a te Guidoto Ite de libris centum
quinquaginta ex dotibus Iuste filie tue de quibus centum in dena-
riis dedisti et .L. in bombace. Actum in capitulo, .MCLXI., .vii. die
iulii, indictione .viii.

DCCCXLVII.

*Blancardo e Peire Draco contraggono una societas per affari in Mont-
pellier e altrove (7 luglio 1161).*

Blanchardi et Petri Drachi].

* Testes Raimundus capellanus, Stephanus frater Elie et Bonus Io-
hannes Cerrudus. Societatem contraxerunt Blancardus et Peire Dra-
co, in quam Blançardus lb. viginti et Peire Draco contulit lb. .x.
Hanc societatem Peire Draco laboratum Montem Pesulanum et quo
voluerit preter in devetum, in reditu in potestatem Blancardi vel
sui missi aut heredis et capitali diducto proficuum et de percacio
partiri per medium. Iuravit insuper salvare et bona fide promovere
secundum tenorem fide societatis et non fraudare per annum ultra
s. .v. et, si societatem ei auxerit aut de rebus eius vel sociorum in
potestatem eius venerit quod hoc salvabit et bona fide restituet.
Anno millesimo centesimo .LXI., .vii. die iulii, indictione .viii.

DCCCXLVIII.

*Martino di Bolognese, Bonvassallo Malfigliastro e Garacio di Porto
Venere contraggono un prestito marittimo con Puella (10 lu-
glio 1161).*

Puelle].

* Testes Ansaldus Gallus, Rolandus Suçopel, Bonus Vassallus Mal-
fiaester et Ribaldus. Nos Martinus de Boloniensi, Lurussus de Luca
et Garucius de Portu Veneris cepimus a te Puella centenaria .m $\frac{1}{2}$.
canapaciorum, pro quibus dabimus tibi vel tuo nuncio hoc anno
lb. .vi. et d. .xvi. sano eunte Sardineam ligno quo vadit Martinus
de Boloniensi quantum pro duobus centenariis et medio et ligno
quod Ianuam emimus pro uno centenario. Set si non iret totum
esset in altero ligno infra mensem postquam Portum Veneris aut
Ianuam venerit. Penam dupli, quisque pro toto, bona pignori, ut
nisi sic intrare in eis tua auctoritate et sine decreto pro sorte et pe-
na et quantum fuerit estimari facere et nomine vendicionis possi-
dere. Actum in capitulo, millesimo .CLXI., .x. die iulii, indictione
.viii.

DCCCXLIX.

Anfosso Nata col consenso del padre presente all'atto contrae una societas con Blancardo suo cognato (10 luglio 1161).

Blancardi].

* Testes Bequa, Obertus Roça et Lanfrancus de Nigro. Ego Anfos-
sus Nata precepto et actoritate Wuilielmi Nate presentis patris mei
cepi a te Blancardo cognato meo chilmas lini .xxxx. quas Buçeam
porto laboratum et ex eis ad id quod habuero de lino meo quod
porto vel ad biçâncios, aut ad adpreciatum mercium cum consilio
et presentia Boni Iohannis socii tui, si vivus erit et eum Buçee in-
venero, duplum accipiam et reliquum separatim implicabo tibi et
cum hoc toto Ianuam revertar et id in tuam potestatem vel tui he-
redis aut nuncii reducam, capitali diducto, societatis proficuum per
medium dividere debent, proficuum superflui a societate debet es-
se Blancardi. Iuravit etiam supra sancta Dei evangelia quod hanc
societatem bona fide salvabit et promovebit et ut predictum est
tractabit et restituet et quod omnem pecuniam ipsius Blancardi vel
de societate ipsius quam ipse ammodo in societatem habuerit co-
mendacione vel mutuo aut alio modo salvabit et custodiet bona fide
atque restituet semper ipsi Blancardo vel heredi eius aut certo nuncio
et quod si ei mandaverit per suum frā[fo. 106 r.]trem vel litteras
consulatus quod non mutet iter, non mutabit, sique mandaverit
quod veniat, veniet et quod non defraudabit eum per annum ultra
s. .xx., set, si opus erit, ei accipere possit usque in s. .xxxx. quod
eos de parte sua profici accipere possit ut Ianua ei inde concam-
bium assignet. Hoc totum nisi quantum remanserit licentia ipsius
Blancardi vel sui certi missi aut iusto impedimento vel oblivione
et pro hoc sacramento sacramenta vel scripta que inter nos sunt
nullo modo infringantur vel minuantur occasione patris vel matris
aut alio modo. Actum in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo
primo, .x. die iulii, indictione .viii.

DCCCL.

*Lanfranco Piè di Cavallo stipula una accomandacio con Marchese
Della Volta (11 luglio 1161).*

Marchionis de Volta].

Testes Bertolotus de campo, Bonusvassallus de Gisulfo, Tiberius
et Ribaldus Xamenellus. Ego Lanfrancus Pes caballi cepi a te Mar-

chione de Volta lb. .LXXXVIII. et s. .v. minus d. .ii. quas laboratum porto Sciciliam et inde Ianuam vel Alexandriam et inde Ianuam, in potestatem Marchionis vel eius nuncii et quartam lucri habiturus est. Iuravit preterea salvare et promuovere fideliter et restituere ut supra, nec iter mutare, nec fraudare ultra s. .v. nisi quantum remanserit impedimento Dei vel tua licentia. Actum in pontili capituli, .MCLXI., .xi. die iulii, indictione .viii. (1).

DCCCLI.

Guglielmo di Sestri Ponente stipula con Giovanni Malfigliastro una accomandacio (12 luglio 1161).

Boni Iohannis Malfiastri].

* Testes W. Aradellus, Bonusvassallus Nivetella, Philippus Aradelus et Donadeus de Balneo. Ego Wuilielmus de Sexto cepi a te Bono Iohanne Malfiastro lb. .LXXXVIII. s. .xvii. d. .iii. quas portare deboeo Alexandriam et nullas expensas inde facere nisi de fornendis, in reditu venire in Provinciam vel Ianuam, in potestatem ipsius Boni Iohannis vel heredis aut nuncii eius, quartam lucri habiturus. Actum in capitulo, .MCLXI., .xii. die iulii, indictione .viii.

DCCCLII.

Ribaldo Fasol dichiara di portare laboratum ad Alessandria denaro della societas che Giovanni Leone ha con Ansaldo Doria (12 luglio 1161).

Iohannis Leonis].

* Testes Michel de Pavarano, Rolandus Rogeronis, Nicola Fornar et Simon Stabilis. Ego Ribaldus Fasol cepi a te Iohanne Leone libras centum tuas et sororis tue lb. .LXXX. et lb. .cxx. de societate quam habes cum Ansaldo Aurie, quas omnes Alexandria porto laboratum pro vobis. Actum in capitulo, millesimo .CLXI., .xii. die iulii, indictione .viii.

DCCCLIII.

Bernardo di Aspirano dichiara di aver ricevuto da Blancardo una somma dei figli del fu Guglielmo Avundante che restituirà tra un anno colla metà del profitto (13 luglio 1161).

(1) L'atto è cancellato con le parole: OGGER.

Blancardi et filiorum Wuilielmi Avandantis].

(1) Testes Caffarus, Raimundus capellanus, Tancleus Maçanellus, Bernardus Fulcerius et Lambertus calcator. Ego Bernardus de Aspirano cepi a te Blancardo lb. .xxxv. denariorum filiorum quondam Wuilielmi Avundantis quas usque annum cum tua actoritate reddam eis cum medietate proficui quod Dominus eis dederit, quod si non fecero tibi Bernardo Fulcerio stipulanti pro eis penam dupli promitto ut, nisi sic observavero, exinde tua actoritate et sine decreto consulum intrare possis in bonis meis quibus volueris pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi estimari facias et estimatum nomine vendicionis possideas. Actum in capitulo, .MCLXI., .xiii. die iulii, indictione .viii.

DCCCLIV.

Ingone Della Volta si rende garante verso Alberto Mercato di un mutuo che il medesimo aveva stipulato col figlio Marchese (15 luglio 1161).

Marcalli placentini].

Testes Albertus Mantica et Salvus molinarius. Ego Ingo de Volta promitto tibi Alberto Mercato quod mutuum illud quod Marchioni filio meo fecisti tibi faciam ut promisit si illud non fecerit et inde me tibi principalem et proprium debitorem constituo tibi stipulanti. Actum in capitulo, .MCLXI., .xv. die iulii, indictione .vii.

[*fo. 106 v.*].

DCCCLV.

Embrono stipula un mutuo con Salvo di Piacenza (16 luglio 1161).

Salvi Placentini].

Testes Obertus de insula, Ansaldus Cintracus, Goçus et Obertus de Chiberra, Atto Scuvalo. Ego Embronuus cepi mutuo a te Salvo placentino libras centum denariorum ianuensium de quibus usque annum unum solvam tibi vel tuo missso per me vel meum missum libras centum viginti denariorum (2), sed, si usque festum proximum purificationis voluero tibi solvere predictas centum libras cum parte augumenti secundum rationem temporis, illas accipere

(1) *Cancellato*: Ego.

(2) *Cancellato*: usque annum unum.

debeas et propterea Ianuam tuum habere nuncium. Si ita non observavero penam dupli tibi stipulanti promitto ac propterea bona mea omnia tibi pignori subicio ut, nisi sic observavero, exinde pro sorte et pena intres in bonis meis quibus volueris et quantum hoc fuerit tibi facias estimari et estimatum nomine vendicionis possideas et inde quid velis facias. Hoc autem sine decreto consulum et mea contradictione et omnium pro nobis, tua dumtaxat actoritate. Iuro etiam hoc debitum ut superius legitur per me vel meum nuncium solvere tibi vel tuo nuncio, nec aliqua occasione facere quin ita fiat nisi iusto impedimento vel tua licentia aut tui certi nuncii, si impedimento, eo transacto, si licentia, ad indultum terminum vel indultos, nec quicquam subtrahere et occasione imperatoris vel discordie que sit inter nostram civitatem et vestram vel alicuius hominis non dimittam quin ita fiat et quamdiu abinde apud me illos denarios dimiseris ab omni homine illos tibi deffendam et solvere tibi tenebor cum pecieris. Ego Simon Auria proprium et principalem debitorem constituo mihi tibi predicto creditori de hoc debito, ut, nisi sic, exinde usque .viii. dies solvam penam dupli et cetera, abrenuncians legi qua prius secundo prior debitor convenitur. Actum in capitulo, .MCLXI., .xvi. die iulii, inductione .viii.

DCCCLVI.

Solimano e Guglielmo Hostaliboi contraggono una societas (17 luglio 1161).

Solimani et Wuilielmi Hostalibovis].

* Testes Wuilielmus AdRICTUS, Facius Carcodanus et Robertus notarius Solimani. Societatem contraxerunt Solimanus et Wuilielmus Hostaliboi actoritate et precepto presentis patris eius, in quam Solimanus libras centum contulit et Wuilielmus libras quinquaginta, ut mutuo professi sunt. Hanc societatem ipse Wuilielmus portat laboratum cum lb. .v. ipsis ambobus communibus quo voluerit, in reditu omnia reduci debent in potestatem Solimani vel eius nuncii aut heredis, capitali diducto, proficuum partituri per medium et predictas .v. lb. et confessus set ipse W. se iurasse quod ipsam pecuniam ita fideliter reducere debet nisi sicut eius licentia remanserit, nec de ista pecunia societatem facere debet cum aliquo. Actum in curia ipsius Solime, .MCLXI., .xvii. die iulii, inductione .viii.

DCCCLVII.

Angelerio di Camilla e Rolando di Tortona contraggono una società per affari che Rolando svolgerà in Sicilia (18 luglio 1161).

Angelerii de Camilla et Rolandi de Dordona].

Testes Nuvelonus, Bonifacius Oliverii, Guido Pollesinus et Paschalis Durantis. Societatem contraxerunt Angelerius de Camilla et Rolandus de Dordona actoritate et iusu presentis patris sui Rogeronis, in quam Angelerius contulit lb. .c. et s. .xn. quas Rolandus Messane recipere debet sed exhinc sunt ad resicum societatis et Rolandus lb. .l. et sol. .vi. quas W. frater eius ei dare debet in Scicilia de mercibus quas portat in seta, ferro et stagno. Cum hac societate Rolandus laboratum ire debet quo voluerit, in reditu capitale et proficuum in potestatem Angelerii reduci debent et capitali diducto proficuum et de percacio persone per medium partituri. Si Messane non receperit ipsas lb. .l. et s. .vi. memoratus frater eius huic compositioni presens eas portare debet laboratum ad resicum societatis et reducere ut suprà, quarum proficuum secundum huiusmodi tenorem dividi debet. Actum in pontili capituli, millesimo .clxi., .xviii. die iulii, indictione .viii.

[*fo. 107 r.*]

DCCCLVIII.

Embrono stipula un mutuo con Goslo di Piacenza (18 luglio 1161).

Gosli placentini].

* Testes Obertus de Insulâ, Pançanus de Burgo, Anfossus Mulcanus, Lanfrancus Cocularius, Primus et Petrus Garapel et Petrus Santius. Ego Embronus cepi a te Goslo placentino mutuo libras centum de quibus usque annum unum per me vel meum missum dabo tibi vel tuo filio vel misso in denariis librâs centum viginti quinque, quod si non fecero, penam dupli tibi stipulanti promitto unde pro sorte et pena bona mea omnia tibi pignori (1) subicio, ut deinde tua actoritate et sine decreto consulum intrare possis in bonis meis quibus volueris et quantum hoc fuerit facias estimari et estimatum nomine vendicionis possideas et inde quid velis et cetera. Sub eadem etiam promissione tibi stipulanti promitto quod pro imperio vel discordia quam nostra civitas habeat cum terra tua vel occasione alicuius persone non dimittam quin sic fiat et quamdiu apud me hoc dimiseris ea tibi salvabo et solvam cum pecieris. Oto

(1) *Cancellato: b.*

Bucca de Ordeo et Poncius sagonensis in anima sua et Baldonis Vicii ac Rainaldi Provincialis absentium, qui ut hii iuraverunt, hoc sacramentum in anima sua preceperant faciendum, iurarunt ipsi Embronii quod illas libras eis prestavit, quod sequentes se consules facient iurare ut hoc debitum solvant ut supra, nisi quantum remanserit licencia Gosli vel eius certi nuncii et quod si terminum vel terminos inde eis produxerit, ad terminum vel terminos indultos pariter tenebuntur et si, quod absit, consulatus non esset in Sagognam, ipsimet hoc debitum ita persolvent. Actum ante ecclesiam Sancti Laurentii a parte Sancti Iohannis, millesimo .CLXI., .XVIII. die iulii, indictione .VIII.

DCCCLIX.

Baldezone Roza e Verde, coniugi, vendono una terra nella campagna di Tortona ai fratelli Alberto e Guidone di Faraval (19 luglio 1161).

Alberti de Faraval terdonensis].

* Testes Blancardus, Raimundus capellanus, Ribaldus de summa ripa, Ugo filius terdonensis, Iordanus Bonoerrus et Wuilielmus Nata. Nos Baldeçon Roça et Viridis iugales profitemur accepisse a te Alberto de Faraval et fratre vestro Guidone lb. .LVM $\frac{1}{2}$ papiensium finito precio pro .LXI. perticis terre et quatuor tabulis ultra, que est in campagna terdonensi ad Crusetam. Coherent ei ab una parte terra Guidonis Robeti, ab alia filiorum Guidonis Boni, ab alia Gandulsi de Calcionaria alieque sibi sunt coherencie. Plenum et vacuum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure infra has coherencias vobis pro supradicto precio vendimus, faciendum inde a vobis et heredibus vestris aut cui dederitis proprietario nomine quicquid volueritis et cetera, defendere promittimus tibi pro te et fratre stipulantibus sub pena dupli sicut valuerit aut meliorata fuerit, pro evictione dupli bona pignori habita et habenda, ut, nisi sic observaverimus, exinde pro sorte et pena vestra actoritate et sine decreto intrare possitis in bonis nostris quibus volueritis et quantum hoc fuerit vobis faciat et estimatum nomine vendicionis possideatis et inde faciat quicquid volueritis. Possessionem et dominium ipsius (1) vendicionis vobis dedimus. Ego Viridis non habendo propinquos Ianue, facio hoc consilio meorum (2) vicinorum Blancardi et Raimundi capellani et iuro quod hanc terram nulli alii vendidi vel dedi aut obligavi et quod hanc vendicio-

(1) Cancellato: domus.

(2) Cancellato: prop.

nem omni tempore ratam et firmam habebo et denuo per se vel interpositam personam nullomodo (1) retractabit, .MCLXI., .XVIII. die iulii, inductione .VIII.

DCCCLX.

Baldezone Roza e Verde, coniugi vendono a Bernardo figlio del fu Obello e ad Ugone arcidiacono di Tortona una terra (19 luglio 1161).

Bernardi filii quondam Obelli].

* Testes predicti. Nos Baldeçon Roça et Viridis iugales profitemur accepisse a te Bernardo filio quondam Obelli et ab Ugone archidiacono terdonensi lb. .LII. affloratorum finito precio pro .LIII. perticis terre cui coheret ab uno latere terra ipsius Bernardi et Enrici Surdi et Iohannonis de Licco, ab altera Ansaldi Aurie, à duabus via publica et cetera, ut in superiori.

[*fo. 107 v.*].

DCCCLXI.

Ugone figlio di Oberto Cancelliere presente all'atto costituisce l'antefactum alla sposa Richelda figlia di Giovanni Golia (19 luglio 1161).

Richelde filie Iohannis Golie].

Testes Wuilielmus Ususmaris, Bonus Vassallus de Medolico, W. Nata et Ugo Belloculus. Ego Ugo filius Oberti Cancellarii precepto et actoritate presentis patris mei Oberti Cancellarii dono nomine antefacti in bonis ipsius patris mei ipso iubente et concedente Richelde filie Iohannis Golie sponse mee tantum quod bene valeat lb. centum habendas et tenendas pro more et consuetudine civitatis Ianue. Nicola Roça pro ea accepit. Actum in pontili capituli, .MCLXI., .XVIII. die iulii, inductione .VII. (2).

DCCCLXII.

Oberto Cancelliere limita con alcune condizioni il consenso dato alla costituzione dell'antefactum del figlio Ugone (19 luglio 1161).

* Iuro ego Obertus Cancellarius quod si contigerit filium meum

(1) *Sic nel ms.*

(2) *Sic nel ms.*

emori ante quam sponsa eius Richelda sit annorum duodecim quod adversus eam ut antefactum non habeat non adiuvabo me nisi ac si esset modo annorum .xxx. Die et loco predicto et coram eisdem testibus.

DCCCLXIII.

Poncio Rubeo e Durando di Blancaria contraggono una societas (21 luglio 1161).

Blancardi et sociorum].

* Testes Petrus de Marino, Ansaldus de ponte, Sorleon cognatus Wuilielmi de Papia, Dona de Sancto Donato, Girāmīus et Peire nepos Blancardi. Poncius Rubeus et Durandus de Blancaria confessi sunt se habere in societatem libras centum viginti capitalis Blan- cārdi et Raīmundi capellani, quam mari et terra laboratum quo voluerint, in reversione in Ianuam in potestatem eorum vel nuncii eorum, deducto capitali, proficuum per medium dividere debent, de comuni libras $l\text{iii} \frac{1}{2}$. percepire debent pro pensione domus et lb. .m. pro expensis. Professi sunt se iurasse quod hec salvare de- beant et promovere et, sicut predictum est, restituere nec fraudare ullomodo. Actum in capitulo, .MCLXI., .xxi. die iulii, indictione .viii. (1).

DCCCLXIV.

Guglielmo Papa vende a Marchese Della Volta una casa in Genova (26 luglio 1161).

Marchionis de Volta].

Testes Wuilielmus Cigala, Philippus Aradellus, Petrus de Mari- no, Iter Paucalana. W. Baltuadus et Vivianus. Ego Wuilielmus Papa cepi a te Marchione de Volta libras ducentas finito precio pro domu una iuris mei que est in mercato prope Sanctum Torpetum, cui coheret ab una parte via publica, ab altera similiter via que vadit secus ipsam ecclesiam, ab altera domus Ingonis de Volta, ab altera Simonis Aurie. Infra has coherencias predictam domum (2) aream et edificium cum ingressu et exitu suo et omni suo iure tibi nominato emptori pro supradicto precio vendo et trado faciendum inde a te et heredibus tuis aut cui dederitis quicquid volueritis abs-

(1) In margine AB con riferimento all'atto che segue poi dopo quello immediatamente seguente e in cui il richiamo a margine CD.

(2) Cancellato: cum ing.

que mea contradicione meorumque heredum et omnium pro nobis. Stipulanti etiam tibi sub pena dupli sicut ipsa domus valuerit aut meliorata fuerit promitto quod ipsam vendicionem per me et heredes meis tibi et tuis heredibus, aut cui dederis ab (1) omni homine deffendam (2) et actoriabo, pro evictione dupli bona que habeo et habiturus sum tibi pignori subicio ut nisi sic observavero exinde pro sorte et pena intrare possis in bonis meis quibus volueris et quantum hoc fuerit tibi facias estimari et estimatum nomine vendicionis possideas et inde quid velis facias, hoc autem tua actoritate et sine decreto consulum et mea contradicione et omnium personarum pro nobis. Dominium et possessionem predicte domus tibi dedi. Actum in capitulo, .MCLXI., .xxvi. die iulii, inductione .viii.

DCCCLXV.

Bonvassallo Auguste dichiara di portare « laboratum ultra mare » una somma dell'arciprete Guglielmo (25 luglio 1161).

* Ericus Aurie, Simon. Ego Bonusvassallus Auguste porto laboratum ultramare lb. .x. archipresbiteri Wuilielmi que cum proficuo sibi esse debent. Actum in pontili capituli, .MCLXI., .xxv. die iulii, inductione .viii.

[*fo. 108 r.*].

DCCCLXVI.

Stabile Nubeloto e Ansaldo Degua contraggono una societas (26 luglio 1161).

Stabilis et Nubeloti et Ansaldi Degua].

Testes W. Guilelmi Venti, Petrus de Marino, Ioffredus Gatti Lusii et Baldo de Specie. Societatem contraxerunt Stabilis Nubelotus et Ansaldus Degua lb. .CLXXXVI., in qua quisque terciam posuit, quam societatem cum lb. .XLII. et s. .II. ipsorum duorum Stabilis et Nubeloti lucraturis per libram, quarta lucri quarum converti debet in proficuum predicte societatis portare debet laboratum ultra mare et quo voluerit, in redditu in potestatem amborum vel alterius reduci debent et capitali diducto proficuum mediatim dividendum prefatis lb. .XXXII. et s. .II. cum sibi remanenti lucro Stabili et Nubeloni attributis. Actum in capitulo, .MCLXI., .xxvi. die iulii, inductione .viii.

(1) *Cancellato: hom.*

(2) *Nel ms. deffendam con fe cancellato.*

DCCCLXVII.

Filippo Aradello manomette il proprio servo Giovanni (28 luglio 1161).

Iohannis liberti Philippi Aradelli].

Testes Dodo canonicus Beati Laurentii, Ansaldus Voiadisius, W. Alfachinus Caputpini et Ogerius de balneo. Ego Philippus Aradellus causa Dei et ad remedium anime mee et propinquorum meorum te Iohannem servum meum manumitto et liberum facio et ab omni iugo servitutis absolvo (1), constituens in potestatem propriam et facultatem liberam, donans tibi gratiam quam natura promeruit et removens quicquid labes servitutis induxit et si huiusmodi beneficium gratie non esset aliter valiturum ut quod persuadente domino de tua libertate nunc volui nolle non possim ulterius. Eam saltim (2) manumisso tua firmitatem obtineat, quam a romanis principibus aliqua noscitur ullo modo habuisse, stipulanti itaque tibi sub pena librarum decem auri optimi (3) promitto per me et heredes meos quod hanc libertatem nullo modo impediemus aut retractabimus. Proficiscere igitur liber in Deo. Actum in capitulo millesimo .CLXI., .XXVIII. die iulii, inductione .VIII.

DCCCLXVIII.

Giovanni servo manomesso di Filippo Aradello di cui nell'atto n.

*DCCCLXVII giura fedeltà e si obbliga di stare per quattro anni
al servizio del medesimo* (28 luglio 1161).

* Eadem die, eodem loco, eisdem testibus. Iuravit prefatus liberus fidelitatem memorato suo patrono et quod in assensu non erit vel opere ut ipse vel eius heredes vitam perdant vel membrum aut terrenum honorem et quod annis proximis .III. stabit ad servicium eius et quicquid habet extra Ianuam ultra solidos centum, quod ei manifestabit (4).

DCCCLXIX.

Guglielmo Vento e Gandolfo di Bulgaro contraggono una societas
(2 agosto 1161).

(1) *Nel ms.: absolvō con 1 espunto.*

(2) *Cancellato:* manumisso.

(3) *Cancellato:* tibi.

(4) *Cancellato:* et sta.

Wuilielmi Venti, Gandulfī de Bulgaro].

* Testes Philippus Aradellus, Oger Ventus iunior, Vassallus Blan-
cus et Oliver Nivetella. Societatem contraxerunt Wuilielmus Ven-
tus et Gandulfus de Bulgaro licentia socii sui Oliverii Nivetelle, in
quam W. lb. .cii. s. .iii. d. .iii. Gandulfus lb. .li. Hanc societa-
tem Gandulfus laboratum Sibiliam vel Septam vel versus occiden-
tem qua iverit, inde Ianuam vel Provinciam vel qua iverit labo-
ratum et hoc semotim implicare debet ab aliis rebus quas portat,
in reditu ad divisionem, capitali tracto, proficuum per medium
partituri. Wuilielmus Ventus professus est quod de predictis lb.
.cii. et s. .iii. d. .iii. quas ad hanc societatem posuit lb. .xvi. d. .xii.
sunt Raimundi bancherii. Actum in capitulo, .MCLXI., .ii. die au-
gusti, indictione .viii.

DCCCLXX.

*Giordano di Bellesenda contrae con Bongiovanni Malfigliastro una
accomandacio (3 agosto 1161).*

Boni Iohannis Malfiastri].

Testes Philippus Aradellus, Iordanus de Michaele et Vidianus
guardator. Ego Iordanus de Bellesenda profiteor quod cepi a te
Bono Iohanne Malfiastro libras quadraginta octo s. .v. quas labo-
ratum portare debo quo ivero in potestatem tuam vel tui nuncii,
in reditu reducere capitale et proficuum et capitali tracto de pro-
ficuo quartam habiturus sum quod idem Bonus Iohannes conces-
sit. Actum in capitulo, .MCLXI., .iii. die augusti, indictione .viii.

[fo. 108 v.].

DCCCLXXI.

*Amigono de curia e Cara, coniugi, contraggono con Elia un pre-
stito marittimo colla fideiussione di Rolando e di Lanfranco
Grancio (8 agosto 1161).*

Elie].

Testes Philippus Tractor, W. Baltuadus, Iohannes Leon, Iohannes Ionate de Bondone, Bonus Petrus et Buccafol Amigonis. Nos Amigonos de curia et Cara iugales cepimus mutuo a te Elia libras centum denariorum ianuensium, de quibus dabimus tibi vel tuo misso per nos vel nostrum missum in denariis vel mercibus tibi complacituri usque festum beati Iohannis de iunio lb. .cxxxi.
sana eunte Alexandriam navi grandi que fuit Hospitalis, aut si Ale-

xandriam non iverit sed citra hyemaverit lb. .cxxviii. ad eundem terminum. Quod si non fecerimus penam dupli tibi stipulanti promittimus, unde pro sorte et pena bona que habemus et habituri sumus tibi pignori subicimus, ut nisi sic observaverimus, exinde tua actoritate et sine decreto consulum et nostra contradictione et omnium pro nobis intrare possis in eis quibus volueris pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi facias estimari et estimatum nomine vendicionis possideas et inde quid velis facias. Ego Cara facio hoc consilio propinquorum meorum Philippi Bonifacii et Wuilielmi Baltuadi, abrenuncians senatus consulto Velleiano. iuri hypothecarum. Iuramus insuper super sancta Dei evangelia quod hanc solucionem ut superius legitur faciemus, nisi quantum remanserit tua licentia vel tui certi missi, quodque si terminum vel terminos nobis inde produxeris usque ad integrum consumacionem ipsius debiti tibi pariter tenebimur ad indultum vel indultos terminos, sed si ante terminum istam solucionem tibi fecerimus aut partem, pro tempore et soluzione minuetur de proficuo. Ego Rolandus advocatus tibi memorato creditor constituo me proprium et principalem debitorem de quatuor partibus huius debiti et ego Lanfrancus Grancius similiter de quinta ut, nisi memorati debitores ut supra solverint aut ad terminum vel terminos quos eis inde produixerit tu vel nuncius tuus in denariis vel mercibus tibi complacitarris, nos exinde usque .viii. dies ipsam solucionem faciemus, sin autem, penam dupli tibi stipulanti promittimus quisque pro ascripta sibi parte et bona habita et habenda pignori subicimus, ut nisi sic observaverimus exinde tua actoritate et sine decreto consulum pro sorte et pena intrare possis in bonis nostris cuiusque per se que volueris et quantum hoc fuerit tibi facias estimari et estimatum nomine vendicionis possideas sine nostra contradictione et herendum nostrorum et omnium pro nobis et sic observare iuramus supra sancta Dei evangelia, nisi quantum remanserit tua licentia vel tui certi missi, ita quod si terminum vel terminos nobis inde produxeris usque ad integrum consumacionem ipsius debiti tibi pariter tenebimur ad indultum vel indultos terminos. Actum in curia ipsius Amigonis, millesimo centesimo sexagesimo primo, .viii. die augusti, inductione .viii.

DCCCLXXII.

Amigono per se e per la propria moglie Cara in relazione al doc.

DCCCLXXI si obbliga a rimborsare a Lanfranco Grancio fideiussore quanto eventualmente pagasse entro otto giorni (8 agosto 1161).

Lanfranci Grancii].

* Die testibus et eodem loco. Iuravit Amigonus in predicto sacramento in anima sua et Care sue uxor, ipsa iubente, quod si ipse Lanfrancus Grancius ad aliquod dampnum pervenerit de superiori debito quod infra octo dies id ei totum restituent.

DCCCLXXIII.

Marchese Recalcato si costituisce fideiussore verso Arabita di una somma dovutale da Rolando del fu Zacha (12 agosto 1161).

Arabite].

* Testes Philippus de Lamberto, Ansaldus Voiadiscus, Oto notarius, Petrus de Vendercio et Bonus Iohannes de Asta. Ego Marchese Recalcatus constituo me proprium et principalem debitorem de libris quatuor denariorum ianuensium pro Rolando quondam Çache Arabite uxori quondam M. Astori, quas stipulanti tibi Wuilermo Alfachino genero eius et nuncio promitto me soluturum per me vel meum nuncium tibi vel tuo nuncio usque medium mensem augusti sequentis augusti (1). De lb. .vi. quas ei debuit (2) tu, Wuilielme, iam tulisti s. .xxxx. quos ego Marchio tibi solvi cum de ipsis .vi. lb. laude supra eum habent. Actum in capitulo, .MCLXI., xvii. die augusti, inductione .viii.

[fo. 109 r.],

DCCCLXXIV.

Gandolfo di Gotizone per sè e per il fratello Bongiovanni e Solimano Carato si fanno reciproca quitanza di ogni somma dovuta in dipendenza di contratti di societas tra essi stipulati (12 agosto 1161).

Solimani Carati et Gandulfii de Gotiçone].

Testes Calvus, Martinus Tornellus, Godus et Vuilielmus Lamberti Mussii. Ego Gandulfus de Gotiçone voco me quietum et solutum de omni societate quam tecum, Solimane Carate, ego habui, vel frater meus Bonus Iohannes de (3) Gotiçone et inde me voco solutum et quietum et eciam stipulanti tibi sub pena librarum centum promitto quod amplius te inde non conveniam vel molestabo et si meus nepos molestaverit vel per eum aliquis te inde eximam, sin autem tua auctoritate et sine decreto consulum in-

(1) Sic nel ms.

(2) Cancellato: de W.

(3) Cancellato: Asta.

trare possis in bonis meis quibus volueris pro ipsa pena et quantum ea fuerit tibi estimari facias et nomine vendicionis possideas. Et ego Solimanus Caratus stipulanti tibi Gandulfo sub pena lb. .c. promitto quod de quanto habuisti ex ipsa societate tu vel nepos tuus te vel eum amplius non inquietabo et cetera. Actum in capitulo, .MCLXI., .xii. die augusti, indictione .viii. Hoc postea consuluerunt Oger de Guidone et Capellanus propinquai filii prenominati Boni Iohannis.

DCCCLXXV.

Nuvelone, quale procuratore del fratello Otobono, rimette al marito di Mabilia un debito, alla condizione che essa paghi un prestito marittimo che essa contrae con Otobono per uguale importo (12 agosto 1161).

Otonis Boni].

* Testes Ingo Tornellus, Ansaldus Roperga et Raimundus Bucea. Ego Nuvelonus nuncius Otonis Boni fratri mei absolvō Obertum Gariofolum virum tuum, Mabilia, de sacramento quo ipsi meo fratri tenetur de lb. .xi. quas ei adhuc debet de lb. .xxxx., quas ei debuit, sed ius quod ipse meus frater adversus eum habet de pena et sorte ipsi meo fratri reservo, si ipse tuus vir non habuerit ratam et observare noluerit promissionem quam ut inferius mihi fecisti. Et ego Mabilia uxor predicti Oberti tibi Nuveloni stipulanti pro fratre tuo Otone Bono, cuius es nuncius, promitto quod ipsa lb. .xi. cum proficuo de quatuor quinque solvam ipsi fratri tuo vel eius nuncio, navi Ismaelis sana eunte Sciciliam et redeunte in futura estate, infra mensem post, si non redierit aut iter mutaverit, infra mensem, sana veniente prima navi que ipsa estate ventura Ianuam a Panormo moverit. Et supra sancta Dei evangelia ita iuravit adimplere, nisi quantum remanserit licentia ipsius Otonis Boni vel eius nuncii et si terminum vel terminos inde eis produxerit usque ad integrā consumacionem ipsius debiti ad indultum vel indultos terminos pariter tenebitur. Actum in capitulo, .xii. die augusti, indictione .viii.

DCCCLXXVI.

Ogerio Nocenzio e Soloste, coniugi, contraggono un prestito marittimo con Ingone Puella (15 agosto 1161).

Puelle].

Testes Ferlotus, Calvus Cesaree, Bonus Iohannes de Orto, Donatus de Sancto Donato et Ugo Scotus. Nos Oger Nocentius et Soloste iugales cepimus mutuo a te Ingone Puella lb. denariorum ianuensium .xvi. pro quibus per nos vel nostrum missum dabimus tibi vel tuo misso in denariis libras viginti in proxima ventura estate, navi grandi qua vado sana eunte Alexandriam et redeunte, infra mensem postquam redierit, si steterit, vendetur aut iter mutaverit, sana veniente ea quas res tue quas Alexandriam mittis honerabuntur gratia veniendi Ianuam. Quod si non fecerimus penam dupli tibi stipulanti promittimus, unde pro sorte et pena tibi pignori subicimus bona que habemus et habituri sumus ut nisi sic observaverimus exinde pro sorte et pena intrare possis in bonis nostris que volueritis tua auctoritate et sine decreto et cetera et quantum hoc fuerit tibi facias estimari et estimatum nomine vendicionis possideas et inde quid velis facias. Ego Soloste facio hoc consilio et actoritate propinquorum meorum Ferloti et Calvi, abrenuncians quantum in hoc casu senatus consulto et iuri hypothecarum. In domo debitorum, .MCLXI., .xv. die augusti, indictione .viii.

[*fo. 109 v.*].

DCCCLXXVII.

Guglielmo Vento e Tommaso Fornari contraggono una societas per affari che il secondo farà ad Alessandria (15 agosto 1161).

Wuilielmi Venti et Thome fornerii et Ingonis Puelle].

Testes Philippus Aradellus, W. Rapallinus, Bonusvassallus Brunerius et Donatus de Palaçol. Confessi sunt Wuilielmus Ventus et Tomas Fornari se contraxisse societatem in quam Wuilielmus Ventus lb. .xxxx. contulit de rebus filiorum Correça et Thomas lb. .xx., ad quas lb. .lx. licentia ipsius Wuilielmi Venti Ingo Puella posuit ipsi Tome lb. .cxx. quam omniam (1) pecuniam Alexandriam laboratum et inde Ianuam adducere debet et, deductis ab Ingone capitali et illis duobus suo capitali, cum Ingone Puella proficuum debent partiri per medium, deinde alteram medietatem ipse Thomas per medium cum memorato Wuilielmo Vento. Actum in capitulo, .MCLXI., .xv. die augusti, indictione .viii.

DCCCLXXVIII.

Maestro Otobono e Druda, coniugi, vendono una casa con terreno in Genova a Oliviero Nivetella (17 agosto 1161).

(1) *Sic nel ms.*

Oliverii Nivetelle].

* Testes Bonus Vassallus Salsa, Bombellus bancherius, Lanfrancus de Albario, Iordanus de Isa et Nicolosus de domo. Nos Otobonus magister et Druda iugales cepimus a te Oliverio Nivetella lb. .lx. denariorum ianuensium finito precio pro domu una terra et hedi-ficio iuris nostri que est in Clavica. Coheret ei a duabus partibus via publica, a duabus domus tua. Infra has coherentias cum ingressu et exitu suo et omni suo iure tibi nominato emptori vendimus faciendum inde proprietario nomine a te et heredibus tuis aut cui dederitis quicquid volueritis et cetera, non impedire et ab omni homine defendere promittimus stipulanti tibi sub pena dupli sicut valuerit aut meliorata fuerit, pro evictione bona pignori nostra omnia habita et habenda, ut nisi sic exinde pro eis intrare pro sorte et pena tua actoritate et sine decreto consulum et facere estimari et estimatum nomine vendicionis possidere. Possessionem et dominium ipsius domus tibi dedimus. Ego Druda facio hoc consilio et actoritate propinquorum meorum Iordani de Isa et Nicolosi de domo abrenuncians in hoc casu senatus consulto Velleiani (1), iuri hypothecarum et legi Iulie de prediis inextimatis. Actum in ecclesia Sancti Laurentii, .xvii. die augusti, indictione .viii.

DCCCLXXIX.

Pietro Eustachi dichiara a Bonovassallo Di Castello di tenere a prestito marittimo una somma che ad esso gli deve per residuo di una societas con esso già esistente (17 agosto 1161).

Boni Vassalli de Castro].

* Testes Ribaldus de Favençone, Bonus Iohannes de castro, Marchio de Volta et Amicus Guelfus et Oger Berzet. Ego Petrus Eustachi promitto (2) tibi Bono Vassallo de castro quod pro lb. .iii. quas adhuc tibi debeo de societate quam tecum habui solvam nuncio tuo Alexandrie filio tuo nominatim aut alii quem ordinaveris bisancios septem Alexandrie sana eunte illuc navi qua iturus sum. Penam dupli et bona pignori, ut, nisi sic, deinde intrare possis in eis quibus volueris pro sorte vel pena, tua actoritate et sine decreto et quantum hoc fuerit tibi estimari et cetera.

DCCCLXXX.

Marchese Della Volta e Gandolfo di Gotizone contraggono una so-

(1) Cancellato: v.

(2) Cancellato: dar.

cetas per affari che il secondo farà ad Alessandria e altrove
(20 agosto 1161).

Marchionis de Volta et Gandulfii Goticonis].

Testes Oger Nocentius, Petrus et Martinus Ferrarii et Bencavalca. Marchio de Volta et Gandulfus de Goticoni fecerunt societatem in quam Marchio contulit libras ducentas et Gandulfus de Goticoni libras centum. Has Gandulfus laboratum portat Alexandriam et quo velit et etiam inde laboratum mittere potest ad proficuum societatis, in reditu in potestatem Marchionis reduci debent capitale et proficuum, capitali diducto, proficuum sunt per medium partituri. Dedit ei licentiam portandi lb. .xvi. in auro Iohannis scribe et Ogerii scribe et centum linea coriorum ipsius Iohannis. Actum in capitulo, .MCLXI., .xx. die augusti, indictione .viii.

[fo. 110 r.]

DCCCLXXXI.

Pietro Clerico fa il suo testamento (20 agosto 1161).

Petri Clerici].

Testes Oto iudex Mediolani, Otobonus de vineis, Obertus Cagulus, Arverius, Petrus Otonis Boni, Wuilielmus Astanova, Sirius de Lancis et Torellus de Maraxi. Contemplacione ultime voluntatis ego Petrus Clericus rebus meis disponere volens iudico pro anima mea lb. .xx. e quibus .vi. lb. ad exequias funeris, lb. .v. operi Sancti Martini de Sancti Petro de arena, lb. .ii. operi Sancte Marie de vineis, infirmis de capite faris s. .x., Sancto Benigno s. .v., Sancto Bartolomeo de fossato s. .xx., Sancto Andree de Sexto s. .v., Enricheto filio meo naturali lb. .iii., presbitero Ribaldo Sancti Petri de arena s. .xxxx. Guiliam filiam meam heredem instituo ex eo quod sibi dedi in dotem, Alinerium filium meum, Vassallum, Wuilielmum et Todeschinam filios meos instituo mihi heredes ex medietate reliquorum bonorum meorum, ita Alinerium si voluerit adducere in commune que sibi donavi et Vassallum et Wuilielmum et Todeschinam sibi adinvicem substituo et si omnes tres moriantur sine herede Alinerium eis substituo, aut Guiliam sororem eorum et si omnes huius absque herede decesserint substituo eis filios quos sustuli ex altera uxore quam nunc habeo. Vassalletus tamen Wuilielmus et Todeschina non habeant de meo nisi falcidiam si noluerint permanere in ordinacione memorati presbiteri Ribaldi, Alinerii fratris eorum, Philippi de Brasili, Otonis iudicis de Mediolano et Wuilielmi Astenove vel maioris partis eorum. Ansaldinum,

Amigetum et ventrem uxoris mee michi heredes instituo ex altera medietate et eos invicem substituo et si omnes sine herede morientur filios prime uxoris eis substituo. Presbiter Ribaldus habeat de parte Vassalli filii mei lb. .iii. Confiteor quod habui de dote Altilie mee prime uxoris castanetum in Carmadino et domum apud Sanctum Pancrasium inestimata, sed dedi pro anima eius lb. .x. De dote Mabilie secunde uxoris lb. .x. habui et propter nuptias ei feci similem donacionem, que quandiu ut bona mulier voluerit guardare filios meos de bonis meis victum et vestitum habeat competenter. Filiis meis relinquo tutores presbiterum Ribaldum et Alinerium filium meum qui res eorum ad resicum et fortunam ipsorum possint mittere laboratum. Actum in capitulo, .MCLXI., .xx. die augusti, indictione .viii.

DCCCLXXXII.

Berzo dichiara di ricevere « in comendacionem » una somma da Otone, giudice, Di Castello (20 agosto 1161).

Otonis iudicis de Castro].

* Testes Ingo Tornellus, Martinus Tornellus, Ogerius Nocentius et Bonus Vassallus Tornellus. Oger Berçus tulit in comendacionem ab Otone iudice de castro libras .xxxx. sete minus unciis .v. et marabutinos .xxvi. minus quatuor carrubis que pro eo Alexandriam portat, implicare ea in alumine et Ianuam id adducere. Si bonum mercatum de alumine habere non poterit portare secum quo ierit laboratum, si alumen habuerit et non venerit, mittere ei in nave que sibi melior videatur. Actum in capitulo, millesimo centesimo .lxi., .xx. die augusti, indictione .viii.

DCCCLXXXIII.

Tommaso Fornari dichiara di ricevere somme da Raimondo banchiere e da Guglielmo Vento per commerciare in Alessandria (20 agosto 1161).

Wuilielmi Venti et Raimundi bancherii].

* Testes Iordanus Bençerrus, Obertus de Lamello et Obertus Bole dus. Professus est Thomas Fornarius se portare lb. .c. Raimundi bancherii et lb. .xx. W. Venti Alexandriam, semotim implicandas a societate. Puella ei dedit licentiam. Actum in capitulo, .MCLXI., die predicta.

[*fo.* 110 v.].

DCCCLXXXIV.

Guglielmo Cigala e Nicola Castagna contraggono una societas per affari che il secondo farà in Alessandria (20 agosto 1161).

Wuilielmi Cigale et Nicole Castanee].

* Testes Philippus Claviger, Ingo bancherius, Oger Nocentius et Lambertus Guercius. Wuilielmus Cigala et Nicola Castanea contraxerunt societatem in qua Wuilielmus lb. .xxviii. et Nicola lb. .xiii. Ultra Wuilielmus ad quartam proficui convertendam in societatem lb. .cviii. Hoc Nicola Alexandriam et inde Ianuam in potestatem ipsius Wuilielmi vel sui missi. Actum in capitulo, millesimo .clxi., .xx. die augusti, indictione .viii.

DCCCLXXXV.

Tommaso Fornari contrae un prestito marittimo con Puella (21 agosto 1161).

Puelle].

* Testes Peire de Marino, Gandulfus de Gotiçone et Beniçon Claviger. Ego Thomas Fornarius cepi a te Puella lb. .m. mutuo de quibus per me vel meum missum dabo tibi vel tuo misso lb. .m. denariorum, sana eunte Alexandriam navi qua iturus sum, infra mensem post, penam dupli, bona pignori, intrare sine decreto et cetera .mclxi., .xxi. die augusti, indictione .viii. in capitulo.

DCCCLXXXVI.

Cuglielmo Vento, Raimondo banchiere e Ugo di Pavia contraggono una societas (23 agosto 1161).

Wuilielmi Venti, Raimundi Bancherii et Ugonis de Papia].

* Testes Philippus Aradellus, Patrius, Nicola Caitus, Nicolosus minister, Enricus Paxius et Wuilielmus Ingonis vicecomitis. Societatem contraxerunt Wuilielmus Ventus, Raimundus bancherius et Ugo de Papia in qua quisque libras quinquaginta contulit. Hec Ugo laboratum ultramare et inde quam cito poterit Alexandriam inde Ianuam reverti in potestatem Wuilielmi Venti, capitali diducto, proficuum per medium. Ugo medietatem et illi duo alteram medietatem. In capitulo, .mclxi., .xxiii. die augusti, indictione .viii.

DCCCLXXXVII.

*Rogerio di Costa Alta contrae un prestito marittimo con Eustacchio
(24 agosto 1161).*

Eustachii].

Testes Todescus Cantarus, Martinus, Petrus Ferrarri et Lanfrancus.
* Testes Todescus Cantarus, Martinus, Petrus Ferrarri et Lanfrancus. .xxx. de quibus per me vel meum nuncium dabo tibi vel tuo nuncio s. .xxxx. denariorum ianuensium, navi Nicole aguxini sana eunte Septam inde Ianuam infra mensem post (1) ventura estate, si iter mutaverit, per rationem itineris et presens dabo amplius, penam dupli, bona pignori, sine decreto et cetera. In capitulo, .MCLXI., .xxiv. die augusti indictione .viii.

DCCCLXXXVIII.

Eustacchio e Ottaviano contraggono una societas (25 agosto 1161).

Eustachii et Octaviani].

Testes Guido Paxius, Iordanus de Isa. Oto Turcius et Lanfrancus de Valencia. Eustachius et Ottavianus contraxerunt societatem in quam Eustachius contulit lb. .lxii. et Ottavianus lb. .xxxii. Ultra portat lb. .xv. $\frac{1}{2}$ ad quartam lucri convertendi in societatem et lb. .xv. Matilde Papacie ad quartam convertendam in societatem et lb. .xx. Aimeline Caffari, ipso Caffaro ente pro ea, ad quartam similiter. Hec ultramare et quo velit, in reditu capitali diducto proficuum per libram, postea desuper societatis proficuo quarta in proficuum societatis converso, ipsi duo Eustachius et Ottavianus id per medium partiri debent. Actum in capitulo, .MCLXI., .xxv. die augusti, indictione .viii.

[*fo. 111 r.*].

DCCCLXXXIX.

*Manente di Amore dichiara di portare ultramare una partita di piombo di proprietà di Bonovassallo a rischio ed a spese di esso
(26 agosto 1161).*

Bonivassalli de Castro].

* Testes Bonus Iohannes Malfiaster, Lanfrancus Grancius, Giramus, W. Rataldus. Manentis de Amore portat de rebus Bonivas-

(1) Cancellato: ista.

salli de castro miliaria .iii. plumbi et duas partes unius miliarii ultramare laboratum et inde ut melius sibi videbitur mittere vel portare, in reditu in potestatem ipsius Bonivassalli, capitale et proficuum ad resicum ipsius et expensas illius. Actum in capitulo, .MCLXI., .xxvi. augusti, indictione .viii., licentia Rataldi.

DCCCXC.

Rataldo e Manente di Amore contraggono una societas (26 agosto 1161).

W. Rataldi et Manentis de Amore].

Testes Bonus Vassallus de castro, Bonus Iohannes Malfiaster, Lanfrancus Grancius, Oto Mussus et Wuilielmus Mussus et Petrus de Marino. Rataldus et Manentis de Amore contraxerunt societatem, in quam Rataldus lb. .cl., Manentis de Amore lb. .lxxv., qui et ultra de suis portat lb. .xxvi. et s. .iii., que expendere et lucrari debent per libram. Hec laboratum portare debet ipse Manentis de Amore et inde quo voluerit, non facturus inde baratam usure cum aliqua potestatum transmarinarum, neque in galeis prestare. In reditu proficuo per rationem attributo supra societate, diducto capitali, proficuum partiri debent per medium, .MCLXI., .xxvi. die augusti, indictione .viii.

DCCCXCI.

Rataldo e Merlone Murigola contraggono una societas per traffici che il secondo farà ultramare (26 agosto 1161).

Rataldi et Merlonis Murigole].

Testes Petrus de Marino, Baldecon de Pasia, Marinus de Caffaro, Bernardus de Aspirano et Iohannes Nigrapelle. Rataldus et Merlo Murigola contraxerunt societatem in quam Rataldus posuit lb. .ci. et s. .ii. et Merlo Murigola lb. .l. $\frac{1}{2}$ et s. .i. Hoc ipse Merlo ultramare laboratum (1) et inde quo voluerit mercatum, non fenerari neque facere baratam cum aliqua potestatum ultra maris nec in galeis mutuare. In reditu capitali tracto proficuum sunt partituri per medium. Actum in capitulo, .MCLXI., .xxvi. die augusti, indictione .viii.

(1) *Cancellato: et.*

DCCCXCII.

Otone Giudice e Ogerio Vento, figlio di Ogerio Vento, in qualità di procuratori di Corrado di Chiavari danno procura a Idone Mallone e Manente di Amore per l'incasso di un credito che il loro rappresentato ha verso il re di Gerusalemme (26 agosto 1161).

Conradi Malagronde].

* Testes Ugo Elie, Rolandus Calegar et Vassallus Buronis, Wuilielmus Buronus. Oto iudex et Oger Ventus filius Ogerii Venti, in hoc casu, ut dicebant, procuratores Conradi de Clavari, constituere nuncios suos Idonem Mallonem et Manentem de Amore ad recipiendos bisancios .cccxviii. minus terça quos memoratus Conradus recipere debet a rege Ierosolime de mutuo quod ei fecit Mai monus et dederunt ei licentiam ut si omnes habere non poterunt eos, ut melius poterunt, faciant et ipsos laboratum portare si voluerint Alexandriam vel mittant aut Ianuam vel Provinciam et inde Ianuam et componentes ternos bisancios per libram ipsi tres promiserunt ei quod de lucro quod in eis Dominus ab ipso capitāli dederit quantum habere debeant et expensas per libram facere secundum de aliis [fo. 111 v.] que portant et quod si miserint eos postquam cum testibus hec honeraverint ad resicum sint memorati Conradi. Promiserunt etiam stipulantibus eis se facturos ut id proficui inde consequantur et quod e predictis non molestentur, quod si erit totum interesse eis restituent, quod mandatum ipsi duo suscepserunt promittentes se illos bisancios bona fide quesituros et implicaturos et missuros ut supra sine dispendio et dampno suo. Actum in domum habitacionis Wuilielmi Buronis, .MCLXI., .xxvi. die augusti, inductione .viii.

DCCCXCIII.

Lodovico di Camogli dichiara di portare merci di Nubeloto a certe condizioni sempre ad resicum eius (27 agosto 1161).

Nubeloti].

Testes Philippus de Lamberto, Philippus Aradellus et Ugo de bal neo. Lodoicus de Camogio professus est se portare de rebus Nubeloti in duabus platis et uno barili de corallo lb. .LXXXVIII. quas liberare debet Silo ipsius Nubeloti, si eum invenerit, et, si non invenerit, implicare et portare quo iverit et reducere ad resicum

eius, vel mittere collocatim cum testibus et proficuum totum ipsius esse debet. Actum in capitulo, .MCLXI., .xxvii. die augusti, indictione .viii.

DCCCXCIV.

Anselmo Ime dichiara di portare merci di Bonovassallo Di Castello ad Alessandria a certe condizioni sempre ad resicum eius (27 agosto 1161).

Bonivassalli de Castro].

* Testes W. Georgius, Wuilielmus Rataldus et Petrus de Marino. Anselmus Ime portat cuniculos affactatos .MMDCCL. Bonivassalli de castro ultra mare ad resicum eius quos bona fide ad eius commodum vendere debet et implicare et Alexandriam suo filio Bonivassalli mittere, si eos ita tempestive vendiderit quod hoc possit, sin autem cum illuc iverit hoc secum portabit et reducet ad resicum eius nisi filium ipsius invenerit, hoc autem sine suo dampno. Actum in capitulo, .MCLXI., die predicta.

DCCCXCV.

Prete Guglielmo di Langasco, Bertoloto di Campo e Otone Barba di latta contraggono una societas (29 agosto 1161).

Presbiteri Wuilielmi de Langasco Bertoloti de Campo et Otonis Barbe de lacta].

Testes Wuilielmus Cigala, Petrus de Marino et Ingo bancherius. Societatem contraxerunt presbiter Wuilielmus de Langasco, Berto-lotus de campo et Oto Barba de lacta, in quam quisque posuit lb. .lxxx. Hec portat ipse Oto et lb. .x. ultra de suis Constantinopolim, Alexandriam et quo voluerit laboratum, in redditu in potestatem amborum remanentium vel eorum nunciorum et tractis lb. .x. cum suo proficuo et capitali cuiusque. Postea proficuum debent per medium partiri, illi duo medietatem habituri et Oto alteram medietatem. Actum in pontili capitulo, .MCLXI., .xxviii. die augusti, indictione .viii.

DCCCXCVI.

Alberto Bardusso costituisce l'antefactum alla sposa Adalasia, figlia di Tabaria (30 agosto 1161).

Adalasie filie Tabarie].

Testes Cancellarius, Baldeçon de Pasia, Sigifredus guardator, Iohannes de Saure et Wuilielmus Falcon et Oger Bardussus. Ego Albertus Bardussus precepto et actoritate patris mei dono Adalasie sponse mee filie Tabarie nomine antefacti in bonis que habeo et habiturus sum lb. .xiii. habendas et tenendas pro more et consuetudine civitatis Ianue. Actum in pontili capituli, .MCLXI., penultima augusti, indictione .viii.

[*fo. 112 r.*].

DCCCXCVII.

Amico Grillo e Idone Pulpario contraggono una societas per affari che il secondo farà ultramare (7 settembre 1161).

Amici Grilli et Idonis Pulparii].

Testes Obertus Çagalus, Wuilielmus Ingonis de Villano, Bencavalca et Bonus Iohannes Tinea. Societatem contraxerunt Amicus Grillus, Ido Pulparius de lb. .cccxxi. in quibus Amicus posuit duas partes et Ido terciam, que etiam ultra de suis lb. .xxxii. e quibus, expensas per libram et lucrum consequi debet. Hoc ille laboratum ultramare, inde Ianuam vel Alexandriam, inde Ianuam vel Provinciam, inde Ianuam, in potestatem Amici Grilli vel eius nuncii, ad divisionem diducto capitali proficuum per medium partituri. Professus est ipse Ido se iurasse quod hoc reducere debere ut supra et legaliter salvare et promovere bona fide. Actum in capitulo, .MCLXI., .vii. die septembris, indictione .viii. (1).

DCCCXCVIII.

Stabile, Ribaldo Serafie e Rolando de balneo contraggono una societas (14 settembre 1161).

Stabilis Ribaldi Seraphie et Rolandi de balneo].

* Testes Petrus de Marino, Philippus Claviger, Refutatus iudex et Bertramus de Marino. Societatem contraxerunt Stabilis et Rolandus de balneo in qua Stabilis pro se et Ribaldo Seraphie lb. .xxxii. consultit et Rolandus de balneo lb. .xvi. ultra portat lb. .lxviii. Stabilis et Ribaldi Seraphie. Hec apud Septam, inde Ianuam in potestatem Stabilis vel Ribaldi Seraphie, diductis lb. .lxviii. cum proficuo suo, et quarta eius proficui conversa in proficuum societatis, capitali accepto, proficuum mediatim debent partiri. Actum in capitulo, .MCLXI., .xiii. die septembris, indictione .viii. (2).

(1) L'atto è cancellato con le parole: O G E.

(2) In margine la seguente annotazione: inferius debuerat esse ascripta.

DCCCXCIX.

Stabile e Donadeo, fratello di Ingone banchiere, contraggono una societas per traffici che il secondo farà a Costantinopoli (8 settembre 1161).

Stabilis et Donadei].

Testes Ingo de Volta, Philippus Claviger, Bucucius et Ioeлиs. Societatem contraxerunt Stabilis et Donadeus frater Ingonis banche-rii de libris centum septuaginta, quarum illius due partes, istius tertia. Hoc et lb. .xxiii. in baldinellis Otonis de Mediolano labora-tum portat Constantinopolim, inde Ianuam in potestatem Stabilis, capitali diducto, proficuum et percacium per medium, capitalis O-tonis Mediolanensis et proficuum ipsius esse debet. Actum in capi-tulo, .MCLXI., .viii. die septembris, inductione .viii. Ipsi Donadeo prestavit Stabilis s. .xxx. quos ei reddere promisit, teste Berniçone.

CM.

Guglielmo Burone e Idone Mallone contraggono una societas che il secondo farà oltremare (8 settembre 1161).

Wuilielmi Buronis et Idonis Mallonis].

Testes Ugo Elie, Ioeлиs de Bonico, Iacobus de Volta, W. Donum-dei de Volta, Homodeus guardator et Vassallus Buronis. Societatem contraxerunt Wuilielmus Buronus et Ido Mallo in qua Wuilielmus Buronus contulit lb. .cccc., Ido Mallon contulit lb. .cc. Hoc Ido laboratum ultramare et quo voluerit, licentiam habens mittere laboratum et Ianuam ut melius sibi videbitur ad commodum so-cietatis, in potestatem W. quod miserit, in suam quod adduxerit, capitali tracto proficuum per medium. Sed ex predicta quantita (1) dicunt habere Wuilielmi Elie apud Septam lb. .vi. Portat Ido de suis lb. .cxxxii., que per libram sibi debent lucrari et expendere ac societas quas holim habuere conversas professi sunt in has et omnino divisas. Actum in domum habitacionis ipsius Wuilielmi Buronis, .MCLXI., .viii. die septembris, inductione .viii.

[fo. 112 v.]

CMI.

Guglielmo Burone, Idone Mallone, Guglielmotto Ciriol e Ugone Elie contraggono una societas (9 settembre 1161).

(1) Sic nel ms.

Wuilielmi Buronis, Idonis Mallonis, Wuilielmoti Ciriole et Ugonis Elie].

Testes Wuilielmus Donumdei de (1) Bernis et Vassallus de Nervi. Societatem contraxerunt Wuilielmus Buron, Ido Mallon, Wuilielmotus Ciriol et Ugo Elie, in quam illi duo Wuilielmus Burro et Ido Mallon contulerunt lb. .ccc., Wuilielmotus lb. .cc. Ugo Elie lb. .lxxx. ad quas illi tres duplum ex ipsa quantitate, reliquam ad quartam proficui que esse debet ipsius Ugonis. Has omnes preter lb. .xxxi., que remanent apud Wuilielmotum, laboratum portare debet ipse Ugo quo voluerit, consensu eorum habens licentiam mittendi inde laboratum si commodum hoc fieri sibi videbitur et Ianuam etiam. Actum in domum habitacionis Wuilielmi Buronis, millesimo centesimo .lxii., .ix. die septembris, indictione .viii. (2).

CMII.

Guglielmo Zirbino stipula una accomandacio con Bertramo di Marino (14 settembre 1161).

Bertrami de Marino].

* Testes Petrus de Marino, Philippus Claviger, Stabilis (3), Refutatus iudex et Paganus Gatussus. Professus est Wuilielmus Cirbinus se portare laboratum lb. .lxxv. Bertrami de Marino laboratum Septam et inde quo voluerit ad proficuum societatis, donec eius litteris fuerit lacesitus. In reditu in potestatem ipsius Bertrami vel nuncii eius reduci debent. De proficuo ei terciam promisit ipse Bertramis. Actum in capitulo, .MCLXI., .xiii. die septembris, indictione .viii.

CMIII.

Stabile e Refutato, giudice, contraggono una societas per affari che Rustico, fratello di Refutato, farà a Ceuta (14 settembre 1161).

Stabilis et Refutati Iudicis].

* Testes Iohannes Auterii, Laurentius et Salomon Papacanticula. Societatem contraxerunt Stabilis et Refutatus iudex in qua Stabilis contulit lb. .lvii $\frac{1}{2}$. et Refutatus lb. .xxviii. et s. .xv. Ultra Refutatus lb. .xviii. lucrari et expendere per libram ipsi Refutato. Hec omnia frater Refutati Rusticus laboratum portat Septam, inde venire debet Ianuam, in potestatem Stabilis reduci debent ea et capitali diducto

(1) *Cancellato*: volta.

(2) *In margine l'annotazione*: bis scribenda.

(3) *Cancellato*: et.

et predictis .xviii. lb. cum proficuo contingente eis reliquum debent partiri per medium Refutatus et predictus Stabilis. Actum in capitulo, .MCLXI., .xiii. die septembbris, indictione .viii.

CMIV.

Ogerio Vento e Marino di Nervi contraggono una societas per affari che il secondo farà a Palermo e oltremare (14 settembre 1161).

Ogerii Venti, Marini de Nervi].

Testes Marchio de Volta, Philippus de Lamberto, Alvernacius, Iordanus Ise et Berniçon. Societatem contraxerunt Oger Ventus et Marinus de Nervi, in quam Ogerius contulit lb. .L. et ille Marinus lb. .xxv. hoc modo, in denariis lb. .vi $\frac{1}{2}$. et portat indici de bagadellis centenaria .ii. minus quinta quod vendere debet Panormi et secundum quod comprehendet uncia ad s. .xxxxxi. d. .iii. ponere debet in ipsa societate, si plus, illud superfluum ipsi Marino lucrari debet per rationem, si minus ad id quod erit e rebus memorati Ogerii duplo attributo residuum ipsi Ogerio lucrari debet per libram. Hoc laboratum portat Panormum et quo sibi melius videbitur ad proficuum societatis. Lb. .viii. ultra portat. Quiequid inde commodi consequetur in proficuum debet societatis converti. Tres etiam libras licentia portat. Ad reversionem in potestatem Ogerii Venti reduci debent capitale et proficuum. Capitali diducto et super societatem cum proficuo eo id contingente reliquum debent partiri per medium. Actum in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo (1), .xiii. die septembbris, indictione .viii.

[fo. 113 r.]

CMV.

Guidolo Uberti e Vassallo Maniavacca contraggono una societas per affari che il secondo farà a Palermo e in Sicilia (14 settembre 1161).

Guidoti Uberti et Vassalli Magnavacce] (2).

Testes Philippus Claviger, Berniçon, Conradus Rubeus, Aliner Merleripe et Rolandus Gambalixa. Guidotus Uberti et Vassallus Maniavacca contraxerunt societatem, in quam Guidotus contulit lb. centum et Vassallus quinquaginta. Hoc ipse Vassallus laboratum debet portare Panormum et Sciciliam (3) et, si impedita erit terra ut ibi ad commodum societatis se expedire non possit,

(1) Sic nel ms.

(2) Cancellato: Rolandi Ganbelixe.

(3) Nel ms.: Sciciliam!

ire potest et debet laboratum quo sibi melius videbitur ad commodum societatis, in reditu reduci debent omnia in potestatem ipsius Guidoti et capitali tracto proficuum debent partiri per medium. Actum in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo primo, .xiii. die septembris, indictione .viii.

CMVI.

Marchese di Alinerio costituisce l'antefactum a Carenzone sua sposa (16 settembre 1161).

Carençonis filie Wuilielme Suçepel].

Testes Iordanus Binçerrus, Ribaldus Cepolla, Oto Rubeus, Nuvelonus et Wuilielmus Lamberti Mussi. Ego Marchio Alinerii dono nomine antefacti ad habendum et tenendum pro more et consuetudine civitatis Ianue tibi, Carençone dilecte sponse mee, in bonis que habeo et habiturus sum quod bene valeat lb. centum denariorum ianuensium. Actum in domi (1) patris ipsius Carençone, millesimo centesimo .LXI., .xvi. die septembris, indictione .viii. (2).

CMVII.

Ribaldo de curia manomette Pascale, suo servo (17 settembre 1161).

Pascalis liberti Ribaldi de curia].

* Testes Conradus Rubeus, Guascus, Ingo Puella, Martinus Barillarius, Baldo Scarsus, Obertus Callige Pallii, Albertus Alandre et Rolandus affactator. Ego Ribaldus de curia cepi a Pascali servo meo lb. .xxv. denariorum ianuensium pro quibus et anime mee mercede et propinquorum meorum eum manumitto et liberum statuo et ab omni vinculo servitutis absolvō et peculium eius, omnimodam potestatemi ei dando eundi in quatuor partes mundi qua voluerit, sistendi in causam, testandi et faciendi omnes contractus et queque civilia negotia sicut ingenuus homo et pater familiās et cetera, hanc libertatem per me et heredes meos ratam et firmam habiturum nec infricturum et ab omni homine deffensurum sub pena librarum decem auri optimi nichilominus preterea hac libertate perdurante, vobis Ingoni et Ansaldo fratribus eius et nunciis suis stipulantibus, nec liceat et cetera. Actum in ecclesia Sancti Siri, .MCLXI., .xvii. die septembris, indictione .viii.

(1) Sic nel ms. Cancellato: W. Suçopel.

(2) L'atto è cancellato con le parole: O.G.E.

CMVIII.

Guglielmo Doria si riconosce debitore verso Puella di una somma di denaro che pagherà entro il prossimo agosto colla fideiustione di Bonifacio Collo (19 settembre 1161).

Puelle].

* Testes Petrus de Marino, Iohannis de Persona, Obertus Oberti guardatoris et Iohannis frater Siri. Ego Wuilhelmus Aurie debo tibi Puelle lb. .xiii. denariorum ianuensium quas per me vel meum missum tibi vel tuo misso dabo per totum venturum proximum mensem augusti. Ego Bonifacius Collus si ita non solverit inde usque octo dies solvam penam dupli et cetera et sine decreto, abrenuncians legi qua principalis debtor prius secundo conveniendus est et presertim si qua possem exceptione vel actione excusari quod filio familias mutuam pecuniam fideiubeo vel si qua ratione inde possem tueri. Actum in capitulo, .MCLXI., .XVIII. die septembris, indicione .VIII.

[*fo. 113 v.*].

CMIX.

Aliadar e Donato contraggono una societas per affari che il secondo svolgerà in Sicilia (20 settembre 1161).

Eliadar Donati].

Testes presbiter Iohannes de castro, Baldo subdiaconus, W. Gruatus, Marencus et Wuilhelmus de castro. Societatem contraxerunt Aliadar et Donatus, in quam ipse lb. .xxxxviii. ille lb. .xxiiii. contulit. Hec Donatus in Sciciliam inde Ianuam in potestatem Aliadar, capitali deducto, proficuum per medium. Ultra receperurus est Donatus tarenos .cii. Scicilie, quos si habuerit, quia de proficuo sunt societatis quam holim habuerant, partiri debebunt in .lx. partibus et, novem ex illis .lx. Donato attributis pro lb. .viii., quas in ipsa societate superhabet, reliquum per libram dividi debet. Ianue apud Aliadar remanet bombacis cantara .xiii. et rotuli .xxxx. Donati et .viii. cantara et rotuli .xxvi. Aliadar cantara .vi. et rotuli .xiii. qui tareni sunt de proficuo societatis quam habuerant, que divisa est. Iurasse se professus est quod hec salvare debeat augere bona fide et reducere ut supra, habens licentiam accipiendi ad hanc pecuniam in societatem ab alio. Actum in ecclesia Sancte Marie de castro, .MCLXI., .xx. die septembris, indictione .VIII.

CMX.

Tanto contrae con Ugone Lupo un prestito marittimo contro pugno e colla fideiussione di Ingone banchiere (20 settembre 1161).

Ugonis Lupi et Tanti].

* Testes Beniçon, Façaben, Marabotus de campo, Obertus (1) Maça et Wuilielmus rapallinus. Tantus professus est se debere Ugoni Lupo bisancios .ccc. messemutinos apud Septam usque proximum natale sana eunte illuc navi ipsius Tanti, pro quibus subposuit ei pignori .AR. (2) unum perlarum de mia et unciam unam et mediam muscati et libras .x. safrani, que omnia ipse Ugo Lopus ponet in commendacionem Mussi Buiachesii vel Ugonis Alberici et mari et terra debet illud pignus portari ad resicum et fortunam Ugonis Lupi sicut res portande in arca. Cum autem apud Septam pervenerint, si Tantus voluerit illud pignus mutare ita quod ei det aliud pignus arbitratu duorum virorum amplius valens, debet illud ei reddere soluzione facienda ad terminum nominatum, si vero illud non cambiaverit nec redimerit, memoratus Ugo Lopus presentia bonorum virorum illud pignus debet bona fide vendere et predictos .ccc. bisancios accipere reliquumque reddere ipsi Tanto vel eius nuncio et si in eo defuerit nisi Tantus ei hoc compleverit. Ingo bancherius respondebit inde ei usque in bisanciis .L. si Tantum defuerit, abrenuncians legi qua principalis debitor prius secundo conveniendus est. Hoc ei sub pena dupli cum stipulacione promisit infra mensem post quam redierit aut, si non venerit, infra duos menses post quam venerit navis qua vadit Ugo Lopus. Bona pignori et cetera. Actum in capitulo, .MCLXI., vigilia sancti Mathei, inductione .viii.

CMXI.

Tanto, in relazione al doc. CMX, promette a Ingone banchiere di rimborsargli l'eventuale pagamento che dovesse effettuare per suo conto entro otto giorni (20 settembre 1161).

Ingonis bancherii].

* Testes et locus idem et hii. Tantus sub pena dupli promisit Ingoni bancherio quod, si de illa manlevacione ad aliquod dampnum pervenerit aut inde solucionem fecerit, hoc infra octavam diem ei restituet. Penam dupli, bona pignori et cetera.

(1) Cancellato: de campo.

(2) Sic nel ms. Non riusciamo a risolvere l'abbreviazione. Forse arce in relazione a quanto segue: sicut res portande in arca?

CMXII.

Bongiovanni Malfigliastro e Ribaldo di Costa contraggono una societas per affari che il secondo farà a Ceuta (21 settembre 1161).

Boni Iohannis Malfiastris Ribaldi de Castro].

* Testes Pascalis de Infantibus, Ribaldus de Albericis, Simeon de Papia et Obertus filius Oberti guardatoris. Societatem contraxerunt Bonus Iohannes Malfiaaster et Ribaldus de Costa in quam Bonus Iohannes contulit lb. .lxii. et s. .ii. et Ribaldus de Costa lb. .xxxii. et s. .i. Hec apud Septam portare debet laboratum ipse Ribaldus et inde quo sibi utilius videbitur, in redditu in potestatem Boni Iohannis vel nuncii eius reduci debent et, capitali tracto, proficuum debent partiri per medium. Ultra commisit ei filium suum ipse Bonus Iohannes et lb. .xxxiii. cum eo, e quibus ille puer procurari debet. Hec semotim vendi et implicari debent ipsi Bono Iohanni. Actum in capitulo, millesimo .clxi., die sancti Mathei, indictione .viii.

[*fo. 114 r.*].

CMXIII.

Albertono Custodo e Baldone di Spezia contraggono una societas (25 settembre 1161).

Albertini Custode Baldonis de Specie].

Testes Enricus speciarius, Wuilielmus fornarius, W. Poncius et Ribaldus Cavalisius. Societatem contraxerunt Albertonus Custodus et Baldo de Specie, in quam Albertonus contulit lb. .lxxx. et s. .iii. et Baldo lb. .xl. et s. .i $\frac{1}{2}$. Item Baldo de suo lb. .xxiiii. et s. .iii $\frac{1}{2}$. Hoc laboratum quo (1) sibi melius videbitur, in redditu, proficuo per libram partito et parte sua attributa ipsis lb. .xxiiii. et s. .iii $\frac{1}{2}$. que expendere per libram debent, diducto capitali proficuum per medium et de percacio persone. Actum in capitulo, .mclxi., .vii. kalendarum octubris, indictione .viii.

CMXIV.

Blancardo e Pere, suo nipote, contraggono una societas per affari che il secondo svolgerà a Salerno e in Sicilia (2 settembre 1161).

(1) *Cancellato: voluerit.*

Blancardi et Petri nepotis eius].

* Testes W. de Volta, Berniçon, Fredençon de Volta, Guidotus Ravgagna et Pere Draco. Societatem contraxerunt Blancardus et Pere nepos eius in quam Blancardus contulit .LXXXVIII. lb. et Peire lb. .XXXVIII. Ultra Blancardus lb. .vi. minus s. .ii. ad quartam proficui convertendam in societatem. Hoc Peire Salernum portare debet et inde Palernum et inde Sciciliam, postea Ianuam in potestatem Blancardi vel eius nuncii, capitali diducto et proficuo contingente societate, reliquum per medium dividendum. Iuravit hoc fideliter salvare et secundum fide societatis promovere et ut supra restituere et quod omnem pecuniam Blancardi aut societatis eius que abinde erit in potestatem eius bona fide salvabit et promoverebit et ipsi Blancardo vel eius nuncio aut cui ordinaverit restituet et de revertendo vel non eundo ultra concessionem eius tenebitur, sicut ordinaverit aut mandaverit nisi impedimento remanserit, vel licentia tua, si impedimento eo transacto, si licentia, ad indultum vel indultos terminos pariter tenebitur. Actum in capitulo, .MCLXI., .iii. die exeunte septembris, indictione .viii.

CMXV.

Bernizone Superbia regola con Guglielmo Rataldi talune modalità di un rapporto di societas (30 settembre 1161).

W. Rataldi].

Testes Wuilielmus fornar, Oger Boiamuntis, Wuilielmus Vitalis et Lanfrancus de Alvaçili. Professus est Berniçon Superbia se portare laboratum lb. .LVII. et s. .xi $\frac{1}{2}$. in quibus sunt lb. .XIII. et s. .III $\frac{1}{2}$. Manentis de Amore, ad quas duplo deputato ex reliquo quod est Wuilielmi Rataldi, ex residuo quartam proficui habiturus est ipse Berniçon qui etiam portat lb. .xxm. Donadei Bocari. Proficuum quod inde consequitur converti debet in proficuum societatis, in potestatem Rataldi supra societate cum proficuo contingente diducto et capitali tracto proficuum debent per medium dividere. Quarta (1) proficui desuper societate attribuenda ipsi Berninconi. Iuravit salvare et non ad magidam vel lecariam ultra s. .v., non mutare iter et ut supra reducere. Actum in capitulo, .MCLXI., .iii. die septembris exeunte, indictione .viii.

(1) Cancellato : sup.

CMXVI.

Oberto Canevario conferma con giuramento ad Enrico Doria la vendita di uno stabile fatta a quest'ultimo da Rufino Canevario (2 ottobre 1161).

Enrici Aurie].

* Testes W. Rataldus, Rufinus Canevarius, Oliverius (Gri)llus presbiter, Petrus et presbiter Ingo custodes et Bencavalca. In ecclesia Sancti Laurentii .ii. die octubris iuravit Obertus Canevarius quod vendicionem quam Rufinus Canevarius fecit vel fecerit Enrico Aurie vel nuncio eius de domu et turri burgi firmam et stabilem habebit, nec ipsum Enricum vel eius heredes aut cui dederit inde inquietabit vel molestabit per se vel aliam personam et quod dum plene erit etatis infra mensem post quam ipse Enricus vel eius nuncius postulaverit faciet ei cartam de hac promissione in hunc modum excepta quod hoc iterato non iurabit.

[*fo. 114 v.*].

CMXVII.

Bonifacio Collo contrae un prestito marittimo con Puella (5 ottobre 1161).

Puelle].

* Testes Lambertus de Marino, Wuilielmus Lamberti de Marino et Iohannes Persona. Ego Bonifacius Collus cepi mutuo a te Puella lb. .xii. denariorum ianuensium pro quibus per me vel meum nuncium dabo tibi vel tuo nuncio lb. .xv. denariorum infra proxima ventura estate sana eunte Sciciliam navi qua vadit et redeunte infra mensem post eius redditum, si ea vendetur aut iter mutaverit, sana veniente ea qua ego vel maior pars rerum mearum ipsa estate venire inceperit. Penam dupli cum stipulacione, bona pignori pro sorte et pena, ut nisi sic exinde intrare et sine decreto et estimari facere ac nomine vendicionis possidere et cetera. Actum in capitulo, .MCLXI., .v. die octubris, indictione .viii.

CMXVIII.

Bongiovanni Malfigliastro e Bonifacio di Segnorando contraggono una societas per affari che il secondo svolgerà in Sicilia (6 ottobre 1161).

Boni Iohannis Malfiastris et Bonifacii de Segnorando].

* Testes Wuilielmus de Murtincto, Petrus de Mascarana et Lan-

francus guardator. Societatem contraxerunt Bonus Iohannes Malfiaster (1) et Bonifacius de Segnorando in quam idem Bonus Iohannes contulit lb. centum decem et Bonifacius lb. quinquaginta quinque hanc societatem ille Bonifacius laboratum Sciciliam et quo voluerit ad proficuum societatis, in reditu ad divisionem capitali tracto proficuum partituri per medium. Ultra portat lb. .LXXXV. e quibus per libram de commodo securis expensas debet facere per libram. Actum coram capitulo, .MCLXI., .vi. die octubris, indictione .VIII.

CMXIX.

Oberto de Insula e Bongiovanni di Savona contraggono una società per affari a Cagliari e altrove (7 ottobre 1161).

Oberti de Insula et Boni Iohannis sagonensis].

* Testes Lambertus Guecius, Dominicus magister, Oger Boiamundi et Bonus Vassallus de Pallo. Societatem contraxerunt Obertus de Insula et Bonus Iohannes sagonensis in quam ipse Obertus contulit lb. quindecim et prefatus Bonus Iohannes lb. septem et medium. Hoc idem Bonus Iohannes laboratum Calarim et quo maluit ad proficuum societatis, in reditu in potestatem ipsius Oberti vel sui nuncii, capitali diducto, proficuum debent partiri per medium. Actum in capitulo, .MCLXI., .viii. die octubris, indictione .VIII.

CMXX.

Stabile, Ribaldo Sarafie e Ugone de balneo contraggono una società (2 novembre 1161).

Stabilis, Ribaldi Seraphie et Ugonis de balneo].

Testes Wuilielmus Calige Pallii, Oger Pelosus, Crollamonte et Peire Draco. Professi sunt Stabilis, Ribaldus Saraphie et Ugo de balneo se adinvicem contraxisse societatem, in quam ille Ugo lb. .xviii., illi duo lb. .xxxvi. Preterea lb. .xviii. ad quartam proficiu convertendam in proficuum societatis. Hec ipse Ugo laboratum Provinciam, inde quo sibi melius videbitur ad proficuum societatis, in reditu in potestatem predictorum duorum vel alterius eorum et capitali diducto et quarta proficiu supersocietatis converso in proficuo societatis eo totum debebunt mediatim dividere, ut illi duo

(1) *Cancellato*: in q.

medium et Ugo habeat aliam medietatem. Actum in capitulo, .MCLXI., .ii. die novembris, inductione .viii. Confessus est Ribaldus quod medietas eorum que in hac habet societate est nepotum suorum Ribaldini et Fredenconis.

[*fo. 115 r.*].

CMXXI.

Guglielmo Buron vende a Giano Bono Muscula una terra sotto San Michele (17 novembre 1161).

Ianue Boni Muscule].

Testes Roger de Iusta, Anselmus Bufferius, Iordanus de Forti et Ricius Angelice. Ego Wuilielmus Buron cepi a te Iane Bono Muscula lb. .xxxiii. finito precio pro pecia una terre iuris mei quam habere visus sum in capite arene sub Sancto Michaele, cui (1) coheret ab una parte terra tua, inferius terra Squartaficus, ab alia via publica, quia triangula est. Infra ipsas coherentias plenum et vacuum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure tibi pro supradicto precio vendo et trado in integrum, faciendum inde a presenti die proprietario nomine quicquid volueris tu et heredes tui aut cui dederitis quicquid volueritis absque omni mea contradictione et heredum meorum et omnium pro nobis. Non impedire et ab omni homine defendere sub pena dupli cum stipulacione sicut valuerit aut meliorata fuerit et cetera. Pro evictione dupli bona pignori ut, nisi ita observavero, exinde pro sorte et pena in bonis que habeo et habiturus (2) sum intrare possis tua actoritate et sine decreto consulum et quantum hoc fuerit tibi accipias et extimari facias et nomine vendicionis possideas et inde quid velis facias. Dominium et possessionem prediche terre (3) tibi dedi. Actum ante pontile capituli, .MCLXI., .xvii. die novembris, inductione .viii.

CMXXII.

Roberto, merciaio, e Bonico contraggono una societas per affari in Lombardia e in Salerno (20 novembre 1161).

Roberti mercerii et Bonicij].

* Testes Bonifacius vicecomes, Scamurrus papiensis et Rainerius

(1) *Cancellato*: cho.

(2) *Cancellato*: sum tibi pignori subicio.

(3) terre *in soprallinea* su domus *cancellato*.

qui fuit guardator. Socialiter convenerunt (1) Robertus mercerius cum Bonico ita quod Bonicus tulit lb. .xxxx. ipsius Roberti et dr. .xii. quas laboratum portare debet Salernum et Robertus cepit lb. .xxxx. et s. .xvi. ipsius Bonici quas laboratum portare debet Lombardiam et inde Ianuam et ire Salernum in primis navibus que illic iverint postquam redierit, quia Bonicus eum prestolari debebit omne lucrum et fortunam ipsius pecunie mediatenus divisuri. Actum in pontili capituli, .MCLXI., .xx. die novembris, indictione .viii.

CMXXIII.

Oberto di Clapedo di Murta vende a Gisla Corsa una casa in Sozìglia (6 dicembre 1161).

Gisle Corse].

* Testes Ribaldus Seraphie, Wuilielmus Calige Pallii, Gambarus et Obertus balistarius. Ego Obertus de Clapedo de Murta cepi a te Gisla Corsa s. .LII., finito precio pro edificio unius domus que est prope Susilam, iuris Richeldine filie quandam Guilie amicte mee. Coheret ei ab una parte domus Iohannis Battedorii, ab alia Ribaldi Lercarcarii, retro tresenda, ante via publica. Area ipsius domus est Bisacie. Quod edificium cum omni iure inherendi et pensionis que ipsa Richeldina habet tibi pro supradicto precio vendo et trado, ut inde proprietario nomine quicquid volueris facias absque contradictione ipsius Richeldine et omnium pro ea. Deffendere promitto sub pena dupli, sicut rem propriam, quamvis vendam ut rem alienam. Pro evictione dupli, bona pignori, intrare et cetera, sine decreto et cetera. Possessionem dedi. Ego Iohannes Ferrarius constituo me inde manulevatorem tibi Gisle, promittens stipulanti tibi quod, nisi predictus venditor ut supra observaverit, ego vendicionem illam tibi et heredibus tuis deffendam et similiter pro evicione bona pignori et cetera et sine decreto, abrenuncians legi et cetera. Actum in capitulo, .MCLXI., .vi. die decembris, indictione .viii.

[*fo. 115 v.*].

CMXXIV.

Burone di Villano e Ingone Dalla Volta convengono circa un lodo arbitrale su questione dei figli di Alberto di Villano (9 dicembre 1161).

Ingonis de Volta Buronis].

Testes Wuilielmus Buronus, Wuilielmus eius nepos, Amicus de

(1) *Cancellato*: inter.

Murta, Ogerius Galleta diaconus Sancti Laurentii, Bonusvassallus frater eius, Wuilielmus Silvagnus et Eustachius. Ego Buronus Villani promitto vobis Ingoni de Volta stipulanti sub pena lb. .cc. quod usque proximas venturas kalendas augusti Ianuam veniam stare et respondere vobis ad rationem de quanto adversus me postulaveritis pro filiis quondam Alberti de Villano, sicut ipsis facerem si adessent et hoc quererent et de quanto mihi postulaveritis nomine vestro et quod inde vobis faciam rationem in laude duorum arbitrorum, unum quorum eligere potero et vos alium, quod inter me et vos rationem iurent legitime diffinire. Pro ipsa itaque bona mea que habeo et habiturus sum vobis pignori subicio, ut nisi sic observavero, exinde pro ipsa pena intrare possis in eis quibus volueris et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari facias et nomine vendicionis possideas. Hoc autem tua actoritate et sine decreto et nostra contradictione et omnium pro nobis. Si vero ante venero et rationem facere voluero teneamini eam tunc accipere quod idem Ingo annuit. (1). Ego Ingo de Volta promitto vobis Bono Iohanni Malfiastro stipulanti (2) quod si heredes quondam Alberti de Villano Buronem inquietaverint aut ei quicquam evicerint de quanto ab ipso Burone fvero consecutus, aut de quanto a me fuerit absolutus in eum indempnem faciam, aut id sibi restituam, et hoc tibi stipulanti sub pena dupli promitto, bona pignori et cetera ut supra, quam penam in mea legalitate per me et meos heredes tibi non contradicendam promitto. Item promitto vobis stipulanti quod si Buronus a me rationem exigerit quod eam sibi faciam in laude ipsorum arbitrorum et si pro ea parte quam pro filiis Alberti eis remansura ipsi postulavero, pro eis me pulsarre voluerit ei similiter faciam rationem, sicuti ipsis facerent si adessent maiores. Penam dupli et legaliter et cetera. Actum in ecclesia Sancti Dominici (3), .MCLXI., Testes Wuilielmus Buronus, Wuilielmus eius nepos, Amicus de Murta, O. et superiores, .viii. decembbris, indictione .viii.

CMXXV.

Robello e Sofia, coniugi, si riconoscono debitori con giuramento verso Guiscardo di Piacenza di una somma che pagheranno entro l'agosto prossimo (8 dicembre 1161).

Guiscardi placentini].

Testes Oto iudex de castello, Lanfrancus de Alberico, Alberton

(1) *Nel ms.: annuit con un n espunto.*

(2) *Cancellato: subi.*

(3) *Dominici sotto la linea con Laurentii cancellato.*

Guidoti de Nigro, Boracius et Wuilielmus Ricius ac Tedisius affactator. Nos Robellus et Sophia iugales profitemur nos debere tibi Guiscardo placentino lb. .iii $\frac{1}{2}$. denariorum ianuensium de quibus etiam tibi iuramento tenemur, quas usque per totum proxime venientem augustum nos tibi stipulanti soluturos promittimus vel tuo nuncio per nos vel nostrum nuncium. Quod nisi fecerimus ex vindemia nostra de Vulturi quantum hoc sit accipere licenter possis et, si hoc tibi impedierimus vel aliquis per nos, in duplum hoc habebas in ipsa vindemia et aliis nostris bonis que malueris, que omnia propterea tibi pignori obligamus et quantum hoc fuerit tua auctoritate accipere possis et sine decreto consulum et nostra contradictione et omnium pro nobis. Ego Sophia abrenuncians iuri hypothecarum et senatus consulto Velleiani in hoc casu facio hoc consilio propinquorum meorum Ricii et Tedisii. Actum in ecclesia Sancti Georgii, .MCLXI., .viii. die septembbris, inductione nona. Supradictus creditor terminum ei produxit illuc usque.

CMXXVI.

Rogerio figlio di Pietro di Lisca si obbliga di dare un quantitativo di zafferano a metà quaresima (8 dicembre 1161).

Stabilis].

Testes presbiter Obertus, Aicardus Capra, Martinus de Calcia et Bencavalca. Ego Rogerius filius Petri de Lisca accepi tantum a te Stabili de rebus tuis unde stipulanti tibi dare promitto libras .xxiii. et terciam croci qualis a Luca legaliter adducitur usque medium quadragesime, stipulanti etiam tibi penam dupli bona pignori, ut nisi sic exinde et cetera et absque decreto. Actum in capitulo, .MCLXI., .viii. die decembris, inductione .viii.

[*fo. 116 r.*].

CMXXVII.

Pasio del fu Bruno e Grugno del fu Moricondo si obbligano di dare a Stabile un quantitativo di zafferano a metà quaresima (8 dicembre 1161).

Stabilis].

Die loco et testibus supradictis. Nos Pasius quondam Bruni et Grugnus quondam Moricondi accepimus tantum a te Stabili de rebus tuis pro quibus stipulanti tibi promittimus dare usque medium quadragesime libras .cx. safrani legaliter sicut a Luca consuevit introduci. Penam dupli, bona pignori et cetera, ut in superiori.

CMXXVIII.

Pagano di Prina e Daziana, coniugi, vendono a Oberto Russo una terra in Sestri Levante (17 dicembre 1161).

Oberti Russi].

Testes (1) Oto iudex de Mediolano, Otobonus de Vineis, Anselmus Lecarus, Lanfrancus de Salvatore, Guilielmus Roderici, Ugheçon de Vineis, Sorleon bancherius et Gandulfus (2) Mussi bancherii. Nos Paganus de Prina et Daciana iugales cepimus a te Ober-to Russo lb. septuaginta denariorum ianuensium finito precio pro pecia una terre iuris nostri que est prope Segestri, que pecia vocatur casale de Venerio et est prope Venagium que coheret ei inferius terra filiorum quondam Pagani et terra Sancte Victorie, superius terra Cavarunchi et filiorum quondam Girardi, ex uno latere terra filiorum quondam Capitis Iudei et ab alia terra Armanni de Prina sicut terminis est definita. Infra ipsas coherencias plenum et vacuum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure tibi pro supradicto precio vendimus in integrum et tradimus, facias itaque inde proprietario nomine tu et heredes tui aut cui dederitis quicquid volueritis absque nostra contradictione et heredum nostrorum et omnium per nos. Stipulanti etiam tibi promittimus quisque pro toto quod hanc vendicionem tibi vel alicui pro te habenti nullo modo impediemus, immo quod eam tibi et heredibus tuis aut cui dederis per nos et nostros heredes ab omni homine defendemus et auctoriçabimus, sicut valuerit aut meliorata fuerit. Pro evictione duple quisque pro toto tibi subicimus bona nostra pignori, ut nisi sic observaverimus, exinde in bonis nostris vel cuiuslibet nostrum intrare possis pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari facias ac nomine vendicionis possideas et inde quid velis facias. Hoc autem tua actoritate et sine decreto consulum et nostra contradictione et omnium pro nobis. Dominium et possessionem tibi (3) de predicta terra dedimus. Hoc tamen salvamus, ut pastenum quod in ea terra Bucconus noster libertus tenet, idem usque .viii. annos usufructuet, nisi cartula quam inde habet brevioris termini capax est. Ego Daciana facio hoc consilio propinquorum meorum Amalfredi et Oberti de Rapallo patri Nuvelonis propinquorum meorum abrenuncians quantum in hoc casu iuri hypothecarum et se-natus consulto Velleiani. Actum in ecclesia Sancte Marie de Vineis, .MCLXI., .xvii. die decembris, indictione .viii.

(1) *Cancellato*: Wuilielmus Niger.

(2) *Gandulfus in soprallinea su filius cancellato*.

(3) *Cancellato*: inde.

CMXXIX.

Guvenzone del fu Giovanni Bicci dona a Guglielmo Burone il suo servo Giordanino (18 dicembre 1161).

Wuilielmi Buronis].

* Testes Wuilielmus Niger, Oto iudex de castro, et Wuilielmus Modium ferri. Ego Guvencon quondam Iohannis Bicci dono tibi Wuilielmo Buroni barbano meo Iordaninum servum iuris mei qui (1) tecum stat, ut eum habeas et inde proprietario nomine quid velis facias absque mea contradicione et meorum heredum et omnium pro nobis. Profiteor etiam quod decem anni transierunt quod servum illum tibi dedi, stipulanti etiam tibi sub pena dupli promitto quod servum illum tibi vel alicui pro te habenti non impediam, sed ab omni homine deffendam, ut nisi ita observavero, exinde pro ipsa pena in bonis meis et cetera et absque decreto et cetera. Actum in capitulo, .MCLXI., .xviii. die decembris, indictione .viii.

[*fo. 116 v.*].

CMXXX.

Stabile e Raimondo Pollane contraggono una societas per affari che Raimondo farà in Provincia e altrove (28 dicembre 1161).

Testes Stabilis et Raimundi de Pollana].

* Testes Vital de Tolosa, Arnaldus de Tolosa et Lanfrancus guar-dator. Societatem contraxerunt Stabilis et Raimundus Pollane, in quam Stabilis lb. octuaginta quinque et Raimundus lb. quadraginta duas et medium. Cum hac societate Raimundus laboratum Provinciam et inde quo voluerit, in reditu in potestatem Stabilis vel eius nuncii, ad divisionem, tracto capitale, proficuum partiri per medium. Actum in capitulo, .MCLXII., die innocentum mensis decembris, indictione .viii.

CMXXXI.

Ribaldo Sarafie dona al nipote Lanfranco Grancio tutti i suoi diritti su una casa in càrrubio Sancti Laurentii (29 dicembre 1161).

Lanfranci Grancii].

Testes Aimericus cognatus Iohannis scribe, Wuilielmus magister

(1) Cancellato: vo.

et Petrus Ferrarius. Ego Ribaldus Seraphie dono tibi Lanfranco Grancio nepoti meo omnes raciones actiones et omnia iura que habeo in domo quondam Ribaldi fratris tui que est in carrubio Sancti Laurentii, cui coheret a duabus via, retro tresenda, ab altera domus Aldane, quam domum videlicet medietatem mihi dedit cum Romaniam ultimo profectus est et omne ius et omnes raciones et actiones quas habeo in bonis eius pro perperis .xxviii. quos mihi debebat de libris novem et s. .vii. quas Ugolino solvi de quibus ei iuramento tenebatur et pro s. .lxx. quos expendi in eius infirmitate et pro anima eius tibi similiter dono, non impedire stipulanti tibi promitto. Dominium et possessionem dedi. Actum in domum Iohannis scribe, .MCLXII., die veneris post natale.

CMXXXII.

Marchese di Alinerio dichiara di ricevere la dote della propria moglie da Guglielmo Suzopel, suo suocero (14 dicembre 1161).

Carençonis, Wuilielmi Suçopel].

* Testes Obertus Spinula, Botincus, Oto notarius et Obertus guardator. Ego Marchio Alinerii voco me quietum et solutum de libris centum octuaginta de dotibus Carençone uxoris mee a te Wuilielmo Suçopel socero meo. Pater accepit pro ea. Actum in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo primo (1), .xiii. die decembris, indictione .viii.

CMXXXIII.

Fabiano Crispino dichiara di ricevere la dote della moglie Adalasia dallo suocero Alvernacio (30 dicembre 1161).

Adalasie filie Alvernacii] (2).

* Testes W. Cigala, Ribaldus Seraphie, W. Cavaruncus, Rainaldus Alegri, Angelerius de Camilla et Iordanus Saime. Ego Fabianus Crispinus voco me quietum et solutum a te Alvernacio socero meo de dotibus Adalasie uxoris mee filie tue de lb. centum quadraginta e dotibus eius. Actum in capitulo, .MCLXII., penultima decembris, indictione .viii.

(1) primo *in soprallinea* su secundo *cancellato*.

(2) *Cancellato* uxoris, mentre filie è *in soprallinea*.

CMXXXIV.

Giordano di Michele, Enrico Nivetella e Boiamondo di Gaglianico contraggono una societas (31 dicembre 1161).

Iordanī de Michaele, Enrici Nivetelle et Boiamunti de Gaianeゴ].

* Testes Oliverius Nivetella, Bonus Vassallus de Bulgario, Bonus Vassallus Nivetella et Gambarus Curser. Societatem contraxerunt Iordanus de Michaele, Enricus Nivetella et Boiamundus de Gaianeゴ, in quam quisque eorum contulit lb. .LIII $\frac{1}{2}$, quam societatem ipse Boiamundus laboratum portare debet quo maluerit ad proficuum societatis, in redditu ad divisionem proficui, capitali (1) cuiusque diducto, proficuum debent partiri per medium, ita quod Boiamundus medietatem et illi duo aliam medietatem inter se divisuram. Quod dictum est laborare portare debet, quamdiu Iordanus et Enricus vel alter eorum certo nuncio, aut certis nunciis eum evocaverint, aut ei aliud iter providerint. Actum in capitulo, .MCLXII., ultima die decembris, indictione .VIII.

[*fo. 117 r.*].

CMXXXV.

Rainaldo Alegri contrae una accomandacio con Angelerio di Camilla per affari che il secondo farà a Salerno e Umberto di San Lorenzo si obbliga verso Rainaldo a pagare sei oncie d'oro in Salerno (6 gennaio 1162).

Angelerii de Camilla et Rainaldi Alegri].

Testes Oto Lecavelum, Lanfrancus de castro et Oliver Nivetella. Professus est Rainaldus Alegri se laboratum portare ad quartam proficui lb. .CXXXXVI. et s. .xvi. d. .ii. Angelerii de Camilla Salernum et inde quo sibi melius videbitur ad proficuum societatis, in redditu in potestatem eius capitalis et proficuum et ille Angelerius ei quartam proficui annuit. Actum in pontili capituli, .MCLXII., .vi. die ianuarii, indictione .VIII.

Rainaldi].

Et professus est Umbertus de Sancto Laurencio se ab eodem Rainaldo cepisse libras undecim et solidos quatuor pro quibus dare promisit stipulanti Rainaldo uncias .vi. auri Salerni infra octavam diem post quam illuc adierit lignum quo profiscuntur, penam dupli, bona pignori et cetera.

(1) *Cancellato*: profic.

CMXXXVI.

Nuvelon e Bernardo della Marittima contraggono una societas per affari che il secondo farà nella Marittima (6 gennaio 1162).

Nuvelonis et Bernardi Maritimi].

* Testes Berniçon, Angelarius de Camilla, Nicolosus, Rainaldus Alegri. Societatem contraxerunt Nuvelon et Bernardus de Marittima in quam ille lb. .xiii. s. .viii. et Bernardus lb. .vi. s. .xviii. $\frac{1}{2}$. Hanc societatem portare debet in Maritimam laboratum, plus eciam pannum curam mariam, ad precium cuius si voluerit illud in societatem poni, ponere debet quantum medietas sit, si vero non apposuerit, esse debet illius. In reditu capitali tracto proficuum per medium. Actum in capitulo, die predicta .MCLXII., .vi. die ianuarii.

CMXXXVII.

Armanno vende a Blancardo sette pezze di panno colla fideiussione di Verezone ed alla condizione di riceverne il sovrapprezzo ricavato dalla loro rivendita (10 gennaio 1162).

Blancardi et Armannini].

Testes Ugo Mallon, Petrus de Marino, Berniçon, Iordanus de Michaele et Boniamons de Gaianego. Armannus vendidit septem pecias pannorum laneorum Blancardo, quos Blançardus ad fortunam suam debet mittere venditum Panormum et nuncius eius eos vendere debet presencia trium vel plurium ianuensium credendorum inde sola legalitate et de quanto inde minus habebit triginta uncias auri ad unciam Salerni Armannus ei reficiet et restaurare sub stipulacione et pena dupli promisit ad rationem de s. .l. per unciam, sana veniente ea navi que ventura estate prior movebit ventura Ianuam in qua de rebus Blançardi veniant infra quindecim dies postea. Pro sorte et pena bona pignori intrare et cetera. Ego Vereçon constituo me tibi memorato Blançardo proprium et principalem debitorem debiti huius ut nisi nominatus Armannus ita adimpleverit exinde infra alios .xv. dies hoc suplebo et abrenuncians legi qua prius secundo prior debtor conveniendum est. Hoc tibi sub pena dupli promitto et bona pignori et cetera ut supra. Nuncius Blançardi absque iuramento ut supra credendus est et Blançardus Armanno sub pena dupli promisit quod, si plus .xxx. uncias ipsi panni vendentur, quod de superfluo sana veniente ea navi infra diem assignatam ei reddet. De superfluo simili ratione qua sibi promissum est. Actum in capitulo, .MCLXII., .x. ianuarii, inductione .viii.

CMXXXVIII.

Guglielmo Stancon si obbliga di pagare entro un anno una somma di denaro a donna Adalasia (11 gennaio 1162).

Adalasie Donumdei].

* Testes Matheus Pignol, Oto Rubeus, Philippus Claviger. Ego W. Stancon debo domine Adalasie lb. viginti septem (1) unde tibi Wuilielmo Burono stipulanti pro ea promitto quod eas ei usque annum solvam et dabo vel eius misso per me vel meum missum. Actum ante domum Idoni Gontardi, millesimo centesimo sexagesimo secundo (2), .xi. ianuarii, indictione .viii.

[*fo. 117 v.*].

CMXXXIX.

Alberto Corso e Matelda, coniugi, si obbligano di pagare a Oberto Vulturasco una somma al 24 giugno 1162 (18 dicembre 1162).

Oberti Vulturaschi].

* Testes Bonusvassallus de Maurello, Iohannes Tinctor, Conradus filiaster eius et Iohannes sartor. Nos Albertus Corsus et Matelda, iugales, debemus tibi Oberto Vulturasco s. .lv, denariorum ianuen-
sium, quos usque Sanctum Iohannem iunii stipulanti tibi promitti-
mus solvere sub pena dupli quisque pro toto et propterea bona no-
stra omnia habita et habenda tibi pignori subicimus ut nisi sic ob-
servaverimus exinde et sine decreto et cetera et facere estimari. Ego
Matelda non habens propinquos Ianuam facio hoc consilio (3) vici-
norum meorum Bonivassalli et Iohannis tinctoris, abrenuncians
senatus consulto Velleiano et iuri hypothecarum quantum in hoc ca-
su. Actum in domo creditoris. .MCLXI., .xviii. decembris, indictio-
ne .viii.

CMLX.

Il comune di Genova contrae un prestito con Marchese Della Volta (23 gennaio 1162).

Marchionis de Volta].

Testes Lanfrancus Piper, Grimaldus et Lambertus calcator. Nos

(1) unde in sopravaria su quas cancellato.

(2) secundo in sopravaria su primo cancellato.

(3) Cancellato; propinquorum meorum.

Obertus Spinula, Wuilielmus Cigala, (1) Rodoanus de Mauro pro communi Ianue mutuavimus a te Marchione de Volta quisque quintam de lb. .cc. in pipere de quo convenimus tibi pro comuni lb. .iii. et s. .iii. de uno quoque centenario usque kalendas iulias, quam solucionem intraturi consules iurabunt tibi ita facere (2) et sub pena dupli stipulanti tibi quisque pro quinta promittimus (3) quod, nisi ipsam solucionem tibi hoc modo ficerint vel tuo nuncio (4) consules intraturi, nos per totum iulum eam tibi faciemus per nos vel nostrum missum tibi vel tuo misso quintam quisque et propterea tibi pignori subicimus bona nostra preter .xxiii. vel .xxvi. tabulas terre ego Rodoanus de Albari, que terra est prope terram Ogerii Curti, ut, nisi ita ficerimus, exinde pro sorte et pena intrare possis in bonis nostris que malueris et quantum hoc fuerit tibi facias estimare et estimatum nomine vendicionis possideas et inde quid velis facias. Abrenunciamus si qua lege nos tueri possemus ut comune prius conveniendum esset, aut quod inde nos excusare possemus, si vero terminum produxeris, intraturis consulibus, inde amplius non teneamur. Actum in capitulo, .MCLXII., .xxiii. die ianuarii, inductione .viii.

CMXLI.

*Filippo di Lamberto contrae un mutuo con Marchese Della Volta
(23 gennaio 1162).*

Eiusdem].

Testes Oto iudex Mediolani, Obertus Spinula, Petrus de Marino, Philippus de Lamberto. Ego Philippus de Lamberto cepi mutuo a te Marchione de Volta quintam ducentarum librarum in pipere quod fuit centenaria (5) de quo tibi vel tuo misso per me vel meum missum solvam in denariis usque per totum iulum lb. .iii. s. .iii. pro centenario penam dupli bona pignori intrare et cetera et absque decreto. Eadem die, in capitulo.

(1) *Cancellato*: Philippus de Lamberto.

(2) *Cancellato*: Et nisi ipsam.

(3) *Cancellato*: faciemus ut.

(4) *Cancellato*: pro.

(5) *Spazio bianco nel ms.*

[fo. 118 r.] (1).

CMXLII.

Agnese Cagacia dà in pagamento a Oberto Vulturasco due pezze di terra in Rapallo (25 aprile 1162).

Oberti Vulturaschi].

* Testes Oger scriba, Wuilielmus Bonifancelli, Ansaldus Gebuinus, Albertus frater Villani et Astulfus guardator. Ego Agnes Cagacia profiteor quod debo tibi Oberto Vulturasco s. .xxxxv. et d. .x. pro quibus in solutum tibi do duas pecias terre quas habeo in Rapallo a loco qui Valle appellatur, uni earum coheret desuper via, inferius et a latere terra Gàndulfi, ab altera memorare Agnetis, alteri pecie ab una parte coheret via, ab altera terra Bastelli, inferius Cavarunci, desuper clapetum. Has pecias infra descriptas coherentias tibi pro supradicto precio trado et dono et quod plus valet gratis habeas et inde de cetero proprietario nomine quid velis facias sine mea contradicione et meorum heredum et omnium pro me. Promitto etiam stipulanti tibi sub pena dupli quod hanc vendicionem et donationem tibi ab omni homine defendam et actoriabo, pro evictione dupli, bona pignori, ut nisi sic deinde intrare et cetera et sine decreto. Possessionem et dominium tibi dedi. Actum in domum ipsius Oberti, millesimo centesimo sexagesimo secundo, .vii. kalendarum madii, indictione .viii.

CMXLIII.

Oberto Vulturasco, in relazione al doc. CMXLII, si obbliga di restituire le due pezze di terra ad Agnese Cagacia, pagando essa il debito, per cui la datio in solutum era avvenuta (25 aprile 1162).

Agnetis Cagacie].

* Eodem die loco et testibus eisdem. Compromisit ipsi Agneti idem Obertus quod si ipsa Agnes ei dederit quantitatem prefixam ante quam ipsam terram vendiderit, quod eam terram sibi pro ipso prelio restituet.

CMXLIV.

Guglielmo di Bonifacio costituisce suo procuratore speciale Ansaldo

(1) Lacuna nel ms. di uno o più fogli. Nel ms. su un foglio a parte si legge la seguente annotazione: Hic in cartulari desiderantur plures carthae, ubi erant exemplaria contractuum et laudum Iohannis scribe a die .xxiii. Ianuarii .MCLXII. usque ad .vii. diem kalendarum madii .MCLXII. Cfr. pure quanto è scritto nell'Introduzione.

*Mallone per provvedere ad un pagamento al comune di Genova
(3 maggio 1162).*

Ansaldi Malonis].

* Testes Oger de Guidone, Bernicon, Iterius Paucalana et W. Papa. Ego Wuilielmus Bonifacii constituo vos Ansaldum Mallonem socium meum procuratorem meum ad solvendum si quod erit pro communibus expensis civitatis ex parte mea ultra lb. .xx. de quibus Iterius Paucalana et Wuilielmus Papa tenentur et propterea do vobis licentiam et facultatem, ut hoc de pensionibus domuum meorum, deducta tamen procuracione uxoris et domus mee, facere possitis et si in hoc defecerit de mobilia mea que adducta fuerit que in vestram potestatem quantum hoc erit veniat et, si necessarium erit, terram de Nervi meam propterea vendere possitis aut pignori obligare et quicquid inde feceritis ratum et firmum et habebo et si propterea pecuniam mutuam sunpseritis quemadmodum inde conveneritis solvetur. Hoc tibi stipulanti sub pena dupli, bona pignori, intrare sine decreto et facere estimari et cetera. Actum in capitulo. .MCLXII., .III. die madii, indictione nona.

CMXLV.

Raimondo stipula un contratto di cambio di mirgorensi su Montpellier con Rogerio (4 marzo 1162).

Rogerii].

Testes Bisacia, Robertus Russus (1) bancherius. Ego Raimundus cepi a te Rogerio lb. .L. denariorum ianuensium pro quibus promitto solvere tibi vel tuo nuncio mirgorenses sicut comprehendent ad tredecenos et medium, infra quindecim dies postquam Montem Pesulanum iveris et pignus meum detuleris, hoc est libra rum .XXXII. saffrani, lucensium lb. .VI. s. .V., morlanorum s. .XVI. minus denario .I. $\frac{1}{2}$, infortiatorum engolisinorum et valencianorum lb. .VIII. Si hoc non fecero, pignus cum testibus vendas et precium in tuamolucionem convertas quicquid defuerit, infra biduum tibi persolvam sin autem penam dupli tibi stipulanti et cetera et bona pignori. Actum in capitulo. .MCLXII., .III. madii, indictione .VIII.

[*fo. 118 v.*].

CMXLVI.

Graziano, figlio di Rustichello del fu Aldepando, fa il suo testamento (4 maggio 1162).

(1) *Cancellato*: Ramundus.

Testamentum Graciani].

* Testes Bonus Iohannes Malfiaster, Angelerius, Wuilielmus de Turri, Fredenconus Bixius, Bencavalca, Bonus Iohannes et Papensis guardatores. Ego Gracianus filius Rustichelli quondam Alde-pandi de Rosceto instituo michi heredes Gualfredum, Gentilem et Achillum fratres instituo michi heredes de lb. .xxxii. et s. .xx. pro uno cursore relinquo quod eis debeat meum exitum nunciare si in hoc itinere me migrare contigerit. Coopertorium quod habeo in domo domine Anne Dedeotesalvet, in cui domo et manibus predictam pecuniam habeo, relinquo et suum sit. Sol. .xlii. quos michi debet magister Durandus dentur pro anima mea et s. .vi. quos michi debet Caputgalli, de libris quos apud Marinum archiepiscopi habeo habeat sol. .xii. Iohannes Capra, lintea, sacconem, tapetulum et scrannam meam hospitali de castello relinquo. Si hoc meum testamentum aliqua iuris sollempnitate fuerit destitutum vim saltim codicillorum obtineat. Actum in capitulo, .MCLXII., .iii. madii, indicione .viii.

CMXLVII.

Ingone, banchiere, si obbliga di restituire entro un anno le cose dei figli di Guglielmo Avundante ch'egli detiene (15 maggio 1162).

Oberti Avundantis].

Testes Bonus Iohannes Malfiaster, Angelerius de Camilla, Anfossus Nata, Raimundus capellanus, Obertus de Forti, Obertus comes et Hospinellus. Ego Ingo bancherius habeo de rebus filiorum Wuilielmi Avundantis lb. .lvi. denariorum ianuensium, quas tibi in hoc eorum procuratori usque annum unum promitto reddere per me vel meum missum tibi vel tuo misso, sin penam dupli, bona pignori intrare et cetera et absque decreto. Actum in capitulo, .MCLXII., .xv. madii, indicione .viii.

CMXLVIII.

Ingone, banchiere, si obbliga di pagare una somma al prossimo Natale alla moglie di Raimondo Capellano (15 maggio 1162).

Uxor Raimundi Capellani].

* Testes Bonus Iohannes Malfiaster, Blancardus, Anfossus Nata et W. Macrus. Ego Ingo bancherius deboe uxori tue, Raimunde Capellane, de rebus neptis eius lb. .xi. denariorum, quas per me vel

meum missum tibi vel tuo misso reddam ei usque proximum natale et hoc tibi sub pena dupli promitto, bona pignori et cetera et sine decreto et cetera. Actum in capitulo, .MCLXII., .xv. madii, indictione .viii.

CMXLIX.

Lanfranco Pescaballi contrae una accomandacio con Otobono (13 giugno 1162).

Otonis Boni].

* Testes Ogerius scriba et W. Calige Pallii. Ego Lanfrancus Pescaballi porto de rebus tuis Otobone lb. .L. quas ad quartam proficui porto laboratum apud Sale et inde quo michi melius videbitur causa laborandi convertendo in ipso proficuo tam percacio mee persone quam eo quod fuero prospera consecutus fortuna. Actum in capitulo, .MCLXII., .xiii. die iunii, indictione .viii.

CML.

Guglielmo Scarsaria fa il suo testamento (16 giugno 1162).

Testamentum Wuilielmi Scarsarie] (1).

* Testes donnus Obertus prepositus S. Laurentii, presbiter Oberthus S. Andree de porta, Otobonus, W. Trallandus, Wuilielmus Caligepallii, Lambertus Pecollus, Garganus, Bonus Iohannes Bucius, Bertolotus Bonagente et Baldo de Comitissa. Ego Wuilielmus Scarsaria rebus meis disponere cupiens iudico pro anima mea libras triginta, quarum operi ecclesie S. Andree apud quam volo sepelliri lb. .xv. iudico monumento meo ex eis etiam preperando, operi Sancti Bartholomei de fossato s. .xx., operi Sancti Benigni s. .xx., operi S. Ambrosii s. .xxxx., nepti mee Anne s. .xxxx. et pelles meas blavas operi S. Laurentii lb. .iii. canonicis S. Laurentii s. .xx., residuum missis et pauperibus in distribucione uxoris mee, (2) Lamberti Pecolli et Bertoloti. Compatri meo preposto S. Laurentii s. .xx. Uxori mee si voluerit ad secundas nupcias convolare libras quinquaginta iudico et guarnimenta sua, salvo lecto filiorum meorum, si vero sine viro cum filiis meis stare voluerit ut bona mulier, stet in domu mea et de bonis meis vestes et viandam habeat et negotiis domus mee provideat habeatque de rebus

(1) In margine si legge: OGE e la nota scriptum pro matre.

(2) Spazio bianco nel ms.

meis lb. .xxv. quas pro velle suo distribuat. [fo. 119 r.] Elenam filiam meam heredem mihi instituo ex lb. centum et sit inde contenta. Ambos filios meos michi heredes instituo ex reliquis bonis meis equaliter preter de vinea et terra quam Scicilie habeo que nepotibus meis Ogerio Maimoni et Girardo iudico et relinqu filiosque meos sorori sue et sibi invicem ita substituo ut si absque herede infra etatem .x(viii). annorum ipsa decesserit ei eque succedant et si unus filiorum meorum vel ambo absque herede similiter decesserit filia mea eis succedat in s. mille que superstes (1) erit in reliquum. Si vero omnes absque herede decesserint infra ipsam etatem addantur pro anima mea lb. centum. Operi Sancti Andree de porta lb. .xx., operi Sancti Laurentii lb. .x. et lb. .L. Nuveloni Otoni Bono (2). Filiis meis relinqu tutores Otonem Bonum et Nuvelonem et uxorem meam (3) que finita tutela usque dum sint etatis .xviii. annorum curam eorum et rerum ipsorum habeant et res eorum ad fortunam et resicu eorum possint bona fide mittere laboratum terra vel mari. Volo autem quod Bertolotus portet de mea pecunia laboratum lb. centum quamdiu tutoribus filiorum meorum videbitur quod eam fideliter tractet et baiulet, primo anno ad medietatem proficui, deinde in societatem et superfluum ad tertiam proficui. Lambertus etiam Pecollus in societatem porti de rebus meis lb. .c. quamdiu tutoribus filiorum meorum videbitur quod inde bene se habeat set omnis illa pecunia reducatur semper in domum filiorum meorum. Iohannis servus meus .xv. annis servat filiis meis et postea sit liber et habeat de rebus meis lb. .x. Si Melese ancilla mea ad baptisimum pervenerit postquam filiis meis. .xv. annis servierit sit libera, per animam meam et de rebus meis habeat lb. .mii. Hoc est meum testamentum et hec est mea ultima voluntas que si aliqua iuris solemnitate fuerit forsitan destituta vim tamen codicillorum obtineat aut alicuius ultime voluntatis. Actum in domum ipsius testatoris, .MCLXII., .xvi. die iunii, indictione .viii.

CMLI.

Nota delle cose di proprietà di Guglielmo Scarsaria, redatta in occasione del testamento di cui al doc. CML (16 giugno 1162).

* Commemoracio rerum predicti Wuilielmi. Garganus habet de meo capitali in societatem lb. .ciii. $\frac{1}{2}$ ianuensium. Bonus Iohannes

(1) *Cancellato*: filius meus.

(2) *Cancellato*: et Iohanni Scribe

(3) *Spazio bianco nel ms.*

Buço lb. .xxxviii. $\frac{1}{2}$ et cantara .m. aluminis minus terça unde sua est medietas. Corsus de Luca habet de meo capitali ianuensium lb. .xxxvi. Lambertus Pecollus lb. .clvi. s. .xiii. $\frac{1}{2}$ de quibus lb. .xvii. s. .xvi. cepi. Petraca bisaneios .cviii. marabutinos et in domo eius habeo lb. .m. $\frac{1}{2}$ quas uxori prestavi. Iohannis Niger habet de meo lb. .xii. s. .vi. Iohannes noster lb. .lxxx. In arca habeo lb. .xxv. et cuppam argenteam et coclear .i. Bonagente lb. .xii. Cartagenia centenaria piperis et s. .xx. quos ei relinquuntur si Piper absque molestia reddiderit.

CMLII.

Alberto Bardusso, emancipato, si obbliga di dare al padre Tommaso una somma annua (24 giugno 1162).

Testes Thome Bardussi].

* Testes Enricus Cigala, Todescus, Wuilielmus Calige Pallii, Oberthus magister. Ego Albertus Bardussus emancipatus promitto vobis Thome patri meo quod anno presenti et deinceps omni anno dum vixeritis dabo vobis s. .xx. annuatim. penam dupli, bona pignori, pro pena et sorte sine decreto et cetera et postea observare conventum. Actum in capitulo, .mclxii., vigilia Sancti Iohannis Baptiste, inductione .viii.

[*fo. 119 v.*].

CMLIII.

Guglielmo Capra di Baldoricio si obbliga di pagare a Beltramo di Marino una somma al 1° settembre 1162 e Beltramo di Marino fa alcune concessioni a Balduino fratello di Guglielmo Capra (. 1162).

Bertramo de Marino].

Testes Pançanus de burgo, Obertus Simia, Iohannes de Cremona, W. Ventus, Marchio de Volta. Ego W. Capra de Baldoricio debo vobis Bertramo de Marino (1) lb. .xxiii. denariorum ianuensium quas per me vel meum missum vobis vel vestro misso dabo Ianuam usque kalendas septembres et propterea ego Bertramus de Marino (2) concedo fratri tuo Balduino terciam partem capitalis quod a me tulerat portandum ad quartam proficui et medietatem totius proficui ipsius societatis quod deinceps consequatur. Prefati Bertramus et Wuilielmus invicem confitebantur quod capitale ipsius

(1) *Cancellato*: Wuilielmus Ventus.

(2) *Cancellato*: p.

societatis est lb. .LXXV., cuius due partes ipsius Bertrami et tercia erit deinceps predicti Balduini. Actum in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo secundo, die.

CMLIV.

Ingone, banchiere, contrae un mutuo con Guglielmo Guercio colla garanzia di Blancardo e di Martino De Mari (2 luglio 1162).

W. Guercii de Ponte].

Testes Peire Capella (1), Rolandus et Nicola filii et Obertus Conte. Ego Ingo bancher lb. .LXX. denariorum a te Wuilielmo Guercio de ponte mutuavi quas cum proficuo quod inde debes per me vel meum nuncium tibi vel tuo nuncio per totum istum consulatum restituam, penam dupli, bona pignori sine decreto et cetera. Nos Blāncardus et Martinus de Mari constituimus nos inde tibi proprios et principales debitores et abrenunciantes iuri quo prior prius secundo est debitor convenientus, ita quod nisi ut supra solverit exinde infra .viii. dies solvemus penam dupli, quisque pro medietate, bona pignori, intrare sine decreto et cetera. Actum in capitulo, .MCLXII., .ii. die iulii, inductione .viii.

CMLV.

Guglielmo Guercio fa quietanza a Pietro Capellano di una somma che questi aveva ricevuto per lui dal Comune di Genova (2 luglio 1162).

Petri Capellani].

* Testes Blāncardus, Bonus Iohannes Malfiaster et Bonus Iohannes guardator. Ego Wuilielmus Guercius de ponte confiteor me receperisse à te Petro Capellano lb. .LXXVII. s. .III. d. .viii., quas anno pretterito pro me a consulatu communis recepisti et inde me quietum et solutum voco. Actum in capitulo, .MCLXII., secundo die iulii, inductione .viii.

CMLVI.

Alberto Bardusso dichiara di ricevere la dote della sposa Adalasia figlia di Tabaria (9 aprile 1162).

Adalasie filie Tabarie].

Testes Wuilielmus Calige Pallii, Martinus Geboinus, Obertus Scārius et frater eius et Donatus filius Cecilie. Ego Albertus Bardus-

(1) Cancellato: Raimundus.

sus voce me quietum et solutum de lb. .xviii. e dotibus Adalasie filie Tabarie dilecte sponse mee et inde me quietum appello atque solutum. Actum in Clavica prope domum Sigembaldi Calegarii. Millesimo .CLXII., .viii. die aprilis, indictione .viii.

CMLVII.

Roberto, orefice, si obbliga di pagare a Ingone, banchiere, una somma al 15 agosto 1162, che gli deve per tutte le societates che aveva con lui (15 luglio 1162).

Ingonis bancherii].

Testes W. Calige Pallii, Nubelotus et Bonus Drichtus. Ego Robertus aurifaber debo tibi Ingoni bancherio de omni societate quam tecum habui lb. .LVIII. denariorum ianuensium quas per me vel meum missum tibi vel tuo misso me daturum promitto usque medium proximi augusti sub pena dupli tibi cum stipulacione promissa, pro ipsa itaque pena et sorte bona que habeo et habiturus sum tibi pignori subicio, ut nisi sic observavero exinde sine decreto alicuius magistratus e (1) bonis que habeo et habiturus sum quantum hoc fuerit tibi accipias et extimari facias et estimatum nomine vendicionis possideas, promitto etiam quod antea si potero hanc tibiolucionem faciam. Iuro etiam supra sancta Dei evangelia quod hoc debitum ut superius legitur solvam nisi quantum vel sicut tua licentia remanserit vel tui certi nuncii et si terminum produxeris vel terminos ad illum vel illos pariter tenebor usque ad integrum consumacionem illius debiti. Actum in capitulo, millesimo .CLXII., medio iulio, indictione .viii.

[*fo. 120 r.*].

CMLVIII.

Bongiovanni Bucio contrae una accomandacio con Otobono (22 luglio 1162).

Testes Blancardi].

Testes Otonis Boni].

* Testes Bonus Senior guardator, Nicola Ruptor, Albertus, Thomas et Bonus Senior. Ego Bonus Iohannes Bucius cepi a te, Otone Bone, .XL. messemutinos et tantum fegie .xxviii. minas et medium quod inter totum sunt lb. .xviii. s. .viii. d. .iv., que Septam laboratum porto, inde Ianuam et in potestatem Otonis Boni capitalis et proficuum sibique totum esse, preter quartam que sibi esse. Actum in capitulo, .MCLXII., die sancte Marie Magdalene, indictione .viii.

(1) e in soprallinea su in cancellato.

CMLIX.

Giramis contrae una accomandacio con Eustacchio per rame da portare a Ceuta (2 luglio 1162).

Testes Eustachii].

* Testes Iohannes Auter, Fulco Gambarellus, Bonus Iohannes Pedegellus, Lanfrancus ferrarius, Donadeus Gobus. Giramis portat miliare rami quod cum naulo constat lb. .xvi $\frac{1}{2}$. Eustachii, quod laboratum apud Septam et inde quo maluerit, in reditu in potestatem eius proficuum et capitalis, sed quartam proficui habiturus est inde. Actum in capitulo, .MCLXII., .xi. kalendarum augusti, indictione .viii.

CMLX.

Giovanni del fu Giovanni Re di Bargagli riceve la dote della moglie Anna e costituisce alla medesima l'antefactum (23 luglio 1162).

Testes Anne sororis Tadunis].

* Testes W. Cigala, Wuilielmus Calegar, Iohannes Ansaldus. Ingo bancherius. Ego Iohannes quondam Iohannis Regis de Bargallio vovo me quietum et solutum de lb. .v. et s. .v. de dotibus uxoris mee Anne (1) quas de bonis patris eius à te Tadone fratre ipsius accepi et ei nomine antefacti dono quod tantumdem valeat in bonis que habeo et habiturus sum pro more et consuetudine civitatis Ianue. Actum in capitulo, .MCLXII., .x. kalendarum augusti, indictione .viii.

CMLXI.

Bongiovanni Pedezullo dichiara di ricevere bisanzi e messemutini a rischio e fortuna di Giovanni Malfigliastro (24 luglio 1162).

Testes Boni Iohannis Malfiaster].

Testes Ingo de Volta, Giramis, Gandulfus, Marcellus et Albertus Bardussus. Ego Bonus Iohannes Pedeçullus porto de rebus tuis, Bone Iohannes Malfiastre, bisancios .LVII. et sextam et .III. messemutinos quos sibi implicare debet ad suum resicum et proficuum et capitalis (2) ei reducere et dare. Actum in capitulo, .MCLXII., .viii. kalendarum augusti, indictione .viii.

(1) *Cancellato*: soro.

(2) *Cancellato*: suum esse.

CMLXII.

Guidone di Lodi si obbliga di pagare ad Aldrado di Lodi una somma ad un anno (29 luglio 1162).

Testes Adradi].

Testes Bonus Iohannes Malfiaester, Angelerius et Iohannes qui stetit cum Enrico Guercio. Ego Guido de Laude confiteor debere tibi Aldrado de Lauda lb. .xxxviii. denariorum ianuensium quas tibi vel tuo misso per me vel meum missum solvam usque annum unum, penam dupli sub stipulacione, bona pignori habita et habenda ut nisi sic observavero in eis deinde tua actoritate et sine decreto intrare possis pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi estimari facias et estimatum nomine vendicionis possideas, sine mea contradictione et meorum heredum et omnium pro nobis. Si vero antea solucionem illam tibi fecero pro ratione temporis de proficuo minuatur quod summa fuit librarum .xxxii. Actum in capitulo, .MCLXII., .iv. kalendarum augusti, inductione .viii. (1).

[*fo. 120 v.*].

CMLXIII.

L'Abazia di San Michele di Pietra Martina contrae un mutuo con Gandolfo di Gotizone (4 agosto 1162).

Testes Gandulfi de Goticone].

* Testes Conradus Botarius, Petrus de Marino, Pascalis de Marino, Tuisanus, Lambertus Pisanius. Nos Manfredus, abbas Sancti Michaelis de Petra Martina, presbiter Iohannes et presbiter Andreas confratres eius, pro ecclesia illa mutuavimus lb. .xx. denariorum ianuensium a te Gandulfo de Goticone, quas per nos vel nostrum nuncium tibi vel tuo nuncio reddemus usque biennum, sin penam dupli stipulanti tibi promittimus unde bona que ipsa ecclesia habet in districtu Rapalli locum de mari et cetera tibi pignori subicimus ut nisi sic deinde propter quantum hoc sit tibi estimari facias et nomine vendicionis possideas et cetera, sine decreto alicuius magistratus et nostra et omnium pro ipsa ecclesia (2). Fructus etiam ipsius terre tibi intrari concedimus et damus et possessione (3) illius terre te habere profitemur et si in hoc defeceris in aliis bonis ipsius ecclesie tibi compleatur. Iuramus etiam ipsam solucionem nos

(1) In bianco il resto della pagina per circa un sesto, con uno spazio quasi uguale a quello degli altri atti.

(2) Cancellato: A.

(3) Sic nel ms.

tibi vel tuo nuncio per nos vel (1) nostrum nuncium soluturos ut supra nisi quantum vel sicut remanserit tua licentia vel tui certi nuncii, quod si terminum nobis produxeris vel terminos quousque integrum solucionem illam tibi compleverimus pariter tenebimur. Prefixam summam et in vianda preteriti anni et in expensis ad curiam pro utilitate ipsius ecclesie nos omnem expendisse in nostra legalitate profitemur. Actum in capitulo, .MCLXII., .iii. die augusti, indictione .viii.

CMLXIV.

Ribaldo, vicario di Lantelmo magister hospitalis in Lombardia si obbliga di pagare una somma in bisanci a Giordano di Gisulfo (25 agosto 1162).

Testes Iordani de Gisulfo].

* Testes W. Buronem, Bisaciam, Ingonem (2) de Volta, Nuvelon, Obertus Spinula et Angelerius Claviger, Donnus Albertus diaconus et presbiter Albertus. Ego Ribaldus vicarius domini Lantelmi magistri hospitalis in Lombardia promitto vobis Iordano de Gisulfo sub osculo pacis quod .cccclx. bisancios vobis ab eodem pactos vobis solvam medietatem ad natale proximum et medietatem ad passa proximum nisi hoc iusto impedimento vel tua licentia remanserit. Actum in capitulo, .MCLXII., .vii. augusti exeunte, indictione .viii.

CMLXV.

Bongiovanni e Angelerio prendono a mutuo una somma da Guglielmo Tornello (31 agosto 1162).

Testes Wuilielmi Tornelli].

* Testes Bonus Vassallus Mastar et Ogerius frater eius Tebaldus. Nos Bonus Johannes et Angelerius cepimus a te Wuilielmo Tornello lb. .c. mutuo, quas per nos vel nostrum missum tibi vel tuo misso reddemus a kalendis septembbris usque tres menses, sin autem penam dupli quisque pro toto, ut nisi sic deinde intrare possis in nostris bonis que malueris et quantum hoc erit tibi estimari facias et estimatum nomine vendicionis possideas. Actum in capitulo, .MCLXII., pridie kalendas septembbris, indictione .viii.

(1) Cancellato: tuu.

(2) Questi nomi all'accusativo nel ms.

CMLXVI.

Ribaldo Serafie, Angelerio di Camilla contraggono una accomandacio con Oberto de Nigro (2 settembre 1162).

Testes Ribaldi Seraphie et Angelerii de Camilla].

Testes Albertus Castanea, Rainaldus Rundana, W. Culcanus et Ingo Boletus. Comiserunt Ribaldus Seraphie et Angelerius de Camilla Oberto de Nigro, sicut idem professus est, lb. .ccii. et s. .xii. eque eorum, excepto naulo, et imposuerunt ei ipso recipiente ut pro ipsis recipere debeat de bisanciis quinquecentum quadraginta quos comune vendidit, sextam pro Ribaldo et octavam pro Angelelio a Wuilielmo Embriaco debente eas. Predicta res debet portare laboratum nec inde facere inde aliquas expensas nisi de fornimento earum sed eos et quod de predictis bisanciis rehabuerit bona fide debet implicare sicut alias res quas portat pro sexta proficui quam inde ei convenerunt et in eorum potestatem capitalis et proficuum reducere. Supradicti bisancii constant lb. .LXXXVIII. et s. .vii. $\frac{1}{2}$ Actum in pontili capituli, millesimo centesimo sexagesimo secundo, .ii. die septembbris, indictione .viii.

Dicit Ribaldus tercia sue partis esse nepotum Ribaldini et Fredegonis et sunt lb. .clii $\frac{1}{2}$. inter omnes. Testes Angelerius, Bonus Iohannes Stabilis et Iohannes scriba.

[*fo. 121 r.*].

CMLXVII.

Giovanni figlio di Alberico, pesatore, stipula una accomandacio con Blancardo (8 settembre 1162).

Blancardi].

* Testes Obertus Malocellus, Amicus Vacca et Aimericus cognatus Iohannis scribe. Ego Iohannes filius Alberici pensatoris profiteor accepisse a te Blancardo lb. centum viginti iubente et presente patre meo Alberico et recipiente super se, si ad magidam aut sbaraiariam pecuniam tuam curtavero, presente eciam uxore mea Beldi et si aliquando habuerimus non negantibus nobis modo deficienciam nostram, quamvis ipsa Beldi instrumenta habeat et dotis et donationis propter nuptias. Predictam vero pecuniam tuam laboratum portare debo Yspaniam et inde quo maior pars sociorum concordaverit, in reditu in potestatem tuam vel tui nuncii capitale et proficuum bona fide reducere debo, diducto capitali, de proficuo quartam habiturus. Iuro etiam tactis sacrosanctis evangeliis

quod hanc pecuniam bona fide salvabo et promovebo ad commodum racionabile utriusque nostrum et quod hanc pecuniam capitale et incrementum et omnem aliā pecuniam quam in meam potestatem posueritis vos vel socii vestri donec vobiscum habuero societatem bona fide salvabo et vobis aut pro vestra ordinacione (1) dabo et reddam et quod si mihi litteris vel nuncio aliqua mandaveritis eā auscultare non vitabo sed sicut mihi mandaveritis de redeundo, dando vel reddendo bona fide observabo et quod non infraudabo vos per annum ultra s. .v. Ego Beldi hoc faciens consilio meorum propinquorum Oberti Malocelli et Amici Vacce iuro ad sancta Dei evangelia quod si de ipsa pecunia in meā domu aut mea potestate pervenerit quod eam bona fide salvabo et custodiam et inde non minuam per me vel aliam personam ultra s. .v. per annum ad dampnum ipsius Blancardi quodque occasione patrimonii aut antefacti non nitār ullenlus adversus ipsum Blanckardum vel aliquem ad dampnum eius donec res suas capitale et quod erunt proficii consecute habuerit. Actum in ecclesia Sancti Iohannis Baptiste, .MCXLII., octava die septembris, indictione .viii.

CMLXVIII.

Guglielmo Doria si obbliga con giuramento di pagare a Puella una somma entro un anno (1 settembre 1162).

Testes Puelle].

* Testes W. Callige Pallii, Sigifredus guardator, Bonifacius Collus et Ugo guardator. Ego Wuilielmus Auria iuro supra sancta Dei evangelia quod (2) usque annum unum per me vel meum missum reddam tibi Puelle vel tuo misso lb. .xiii. denariorum, quas tibi debeo nisi quantum vel sicut tua licentia remanserit et si usque decennium ab hac die antea pecuniam aliquam mihi credideris aut tibi debuero, sicut inde tibi convenero, tenebor per omnia observare et si terminum vel terminos mihi produxeris ad terminum illum vel illos tenebor quoad integre tibi persolverim sicut ad priorem terminum. Actum kalendis septembris, indictione .viii.

[*fo. 121 v.*].

CMLXIX.

Stabile e Capra, quest'ultimo con denaro per metà di Ribaldo Serafie, contraggono tra loro una societas (14 settembre 1162).

(1) *Cancellato:* de re.

(2) *Cancellato:* lb. .xx.

Testes Stabilis et Capre et R. Seraphie].

* Testes Oger scriba, Tebaldus, Eonus Iohannes guardator et Ansaldus Cintracus. Societatem contraxerunt Stabilis et Capra hoc modo quia apud Mersanam habent lb. .clxxxxiii. in quibus sunt proprie Capre lb. .l. ad quas de reliquis Stabilis eis ponit lb. .c. et (1) reliquias lb. .xxxxiii. similiter debet laboratum cum his portare de societatis proficuo medium habiturus, de reliquis quartam sibi tantum et omne aliud percacium sue persone converti debet in ipsam societatem, in reditu in potestatem Stabilis vel Ribaldi Seraphi cuius medietas est prefixe pecunie ab eis Capre sicut Stabilis confitetur. Portat etiam lb. .v. uxoris ipsius Stabilis que ipsi soli debent lucrari. Actum in capitulo, .mclxii., .xiii. die septembris, indictione .viii.

CMLXX.

Simone Bombarchet e Iusuph, procuratori di Caito Bulcassema, contraggono un mutuo con Solimano, genovese, fedele di Guglielmo re di Sicilia (18 settembre 1162).

Solimani de Salerno].

* Testes Bonus Iohannes Malfiaster, Donatus de Sancto Donato, Iohannes Christianus et W. de Papia. Nos Simon, Bombarchet et Iusuph nuncii Caiti Bulcasseme cepimus mutuo a te Solimano ianuense fideli domini Wuilielmi regis Scicilie libras quinquaginta quinque denariorum ianuensium quas dedimus Ismaeli pro fardellis memorati Caiti Bulcassemi quos nobis reddidit numero duodecim pro quibus facta ratione de s. .xxxvi. minus d. .ii. per unciam sicut tunc Ianue aurum vendebatur solvemus infra mensem postquam Sciciliam pervenerimus uncias auri .xxxi. et tertiam nuncio tuo vel nomine Mathei vel Manfredi de Portinco vel tuo certo nuncio, ei scilicet quod cartulam sarracenica quan tibi relinquimus nobis aut uni nostrum exhibuerit et ut hoc prorsus adtendatur. Ego Simon hoc iuro me observaturum ad sancta Dei evangelia et nos Bombarchet et Iusuph in lege nostra quam colimus. Actum in domo Solimani Ianue, .mclxii., .xiii. kalendarum octubris, indictione nona. In cartulam tamen erat mensis septembribus.

(1) *Cancellato*: de.

CMLXXI.

Solimano per una somma che ha ricevuto dà in pegno diverse cose a Ismaele (18 settembre 1162).

Ismaelis].

* Testes Philippus de Lamberto, Oto iudex, Oger de Pallo, Donatus de Clavica et Iohannes Christianus. Solimanus dedit Ismaeli pignus pro lb. .xxxiii. duas cuppas argenteas novas unam maiorem altera, mantellum ermellinum et mantellum grisium et xocam unam ut, nisi ad medium octubris ei solverit prefixam quantitatatem, deinde ipse Ismaelis vendere possit licite pignora illa ita ut superfluum reddat Solimano quod pluris vendentur, si quod defuerit. Sub pena dupli cum stipulacione idem Solimanus ei se infra triduum restituturum promisit. Actum in domo Solimani, millesimo centesimo sexagesimo secundo, die predicta, indictione nona.

CMLXXII.

Bombarchet e Simone dichiarano ad Ismaele di aver avuto in restituzione il pegno in seguito al pagamento di cui al doc. CMLXX (18 settembre 1162).

Ismaelis].

* Testes Philippus de Lamberto, Oto iudex, Lambertus Filippi, Solimanus, Bonus Iohannes Malfiaster, Ogerius de Pallo et plures alii. Bombarchet et Simon nuncii Caiti Bulcassemi in presencia horum et plurium ceperunt fardellos .xii. ipsius Caiti quos Ismaelis inde reddidit et professi sunt eos et signatos esse et ligatos quemadmodum eos (re)operat et professi sunt quod altera vice eis reddiderit alios decem fardellos eiusdem, nunc autem apud eum remanent duo fardelli quorum unus de Almussallis, non tamen ipsi Caiti. Actum in domum eiusdem Ismaelis, .MCLXII., .xiii. kalendarum octubris, indictione .viii.

[fo. 122 r.]

CMLXXIII.

Bonifacio Collo stipula con Puella un prestito marittimo (21 settembre 1162).

Testes Puelle].

* Gandulfus de Portinico, Donadeus de balneo, Albertum bancher, Iohannes Persona et W. de castro. Ego Bonifacius Collus debo vo-

bis Puelle lb. .xxxx. denariorum ianuensium, quas navi mea sana eunte et veniente in proxima estate tibi infra .xv. dies reddam aut tuo nuncio. Quod si non fecero penam dupli tibi stipulanti promitto, unde pro sorte et pena bona habita et habenda tibi pignori subicio, ut nisi sic exinde pro sorte et pena intrare possis et sine decreto et quantum hoc fuerit tibi accipias et extimari facias ac nomine vendicionis possideas et inde tibi iuramento teneor ut sic debeam per omnia observare. Actum in capitulo, .MCLXII., .xi. kalendarum octubris, indictione .viii.

CMLXXIV.

Anselmo Clarella consegna a Lamberto Guercii cinque sacchi di bombace (22 settembre 1162).

Adalasie Donumdei].

* Testes W. Buronus, Matheus Pignol, Oger Pignol, W. Stancon, Ansaldus Voiadiscus et Rainaldus Cirbinus. Anselmus Clarella commisit in potestatem Lamberti Guercii, ipso profitente commissum, saccos quinque bombacis quod idem Lambertus debet ex stipulatu Buronis tenere per totam venturam estatam eo pacto quod, quando ipse Anselmus, qui ea estate se redditum promittit, venerit, de societate quam habuit cum domina Adalasia debet ei vel eius nuncio facere racionem, aut si non venerit, quando Alexander Nasellus venerit, ex predictis saccis bombacis ei debet satisfieri et ex eis consequi debebit quicquid sue poterit racionis monstrare, eo etiam absente. Actum sub porticu Lamberti Guercii, .MCLXII., .xxii. die septembris, indictione .viii.

CMLXXV.

Ingone, banchiere, e Prexicia contraggono una societas per affari che il secondo farà in Provenza (22 settembre 1162).

Ingonis bancherii et Prexicie].

* Testes Angelerius Claviger et Bonus Iohannes guardator. Societatem contraxerunt Ingo bancherius et Prexicia in quam Ingo Bancherius ut mutuo professi sunt contraxerunt lb. .xxxviii. et s. .v. et Prexicia lb. .xviii. et s. .ii. $\frac{1}{2}$. Hanc societatem Prexicia debet laboratum portare Provinciam et inde Ianuam in potestatem Ingonis, de proficuo quod dederit Dominus medietatem habiturus. Actum in capitulo, .MCLXII., .xxiiii. septembbris, indictione .viii.

CMLXXVI.

Bonifacio Collo stipula con Alberto da Lucca una accomandacio (22 settembre 1162).

Oberti lucensis].

* Testes Ingo bancher, Albertus bancher, Obertus Prescicia, Bonus Iohannes guardator, Petrus Gamba. Professus est Bonifacius Collus se portare ad quartam proficui libras trigintaquinque in indicio Oberti lucensis de societate B. Ususmaris ad Tunesim inde Ianuam in potestatem predicti Oberti vel eius nuncii. Actum in capitulo, .MCLXII., .xxii. septembbris, indictione .viii.

CMLXXVII.

Il comune di Noli contrae un mutuo con Martino De Mari (27 settembre 1162).

Martini de Mari].

Testes Bonus Iohannes Malfiaster, Angelerius, Lanfrancus Piper et Tebaldus Susilie. Nos Bonus Vassallus de Xaxa, Petrus Pindel et Anselmus Vegius consules de Naulo nosque Wuilielmus de Xaxa, Enricus Cagalittam et Grugnus vicini eorum cepisse nos mutuo profitemur a te Martino de mari piperis centenaria .xxii. $\frac{1}{2}$ quod piper per totum istum consulatum reddemus vobis vel vestro nuncio, quod stipulanti tibi sub pena dupli promittimus quisque pro toto, bona pignori subicimus et cetera, ut, nisi sic, exinde et sine decreto et cetera. Iuramus etiam debiti huius predictam reddicionem ut superius facere tibi vel tuo nuncio per nos vel nostrum nuncium et quod si terminum vel terminos nobis produxeris quosque inde solutus sis tunc pariter tenebimur. Actum in capitulo, .MCLXII., .v. kalendarum octubris, indictione .x.

[*fo. 122 v.*].

CMLXXVIII.

Ansaldo Cigala promette a Pietro Capellano che la nuora Druda nulla chiederà oltre l'antefactum, in caso di divorzio (settembre 1162).

Petri Capellani].

* Testes Oto iudex de Mediolano, Baldeçon Ususmaris, Ribaldus Barancius, Blāncardus, Ribaldus Ususmaris, Philippus Barantii

filius. Ego Ansaldus Cigala stipulanti tibi Petro Capellano promitto sub pena dupli me facturum quod nurus tua Druda contenta sit de antefacto suo et quod ipsa nec aliquis per eam nec aliqua parte inde ulterius conveniet aut inquietabit si contingit quod morte vel alio casu inter eam et vestrum filium divorcium celebretur. Pro ipsa pena bona mea vobis pignori subicio ut, nisi sic obser-
vavero, exinde tua actoritate et sine decreto consulum et mea con-
tradictione et omnium pro me intrare possis in bonis meis que
volueris intrare possis (1), et quantum hoc fuerit tibi accipias et esti-
mari facias et nomine vendicionis possideatis et cetera. Abrenuncio
eciam si qua lege possem in contrarium niti eo quod quasi in
divorcium hoc videor polliceri. Actum in pontili, .MCLXII., .iii.
octubris, indictione .x.

CMLXXIX.

*Giordano Amelii contrae con Puella un prestito marittimo (1 otto-
bre 1162).*

Puelle].

Testes Enricus Auria, Bonus Iohannes Malfiaster et Elias. Pro-
fessus est Iordanus Amelii cepisse se mutuo a Puella (2) lb. .XXXI.
denariorum ianuensium de quibus sana eunte (3) Tunesim navi
qua vadit et redeunte in proxima estate infra mensem per eum (4)
vel suum (5) missum dabit ei de quinque .vi., penam dupli sub
stipulacione bona pignori intrare et cetera et nomine vendicionis
possidere et absque decreto. Actum in capitulo, millesimo .CLXII.,
kalendis octubris, indictione .x.

CMLXXX.

*Bongiovanni Malfigliastro e Ansaldo Pestelerio contraggono una
societas (3 ottobre 1162).*

Boni Iohannis Malfiastri et Ansaldi Pestelerii].

Testes Enricus Auria, Elias, Ansaldus Sulfurus et Bertolotus Ar-
çeme. Societate (6) contraxerunt Bonus Iohannes Malfiaster et

(1) Così ripetuto nel ms.

(2) Cancellato: Iordanus Amelii.

(3) Cancellato: na.

(4) eum in soprallinea su me cancellato.

(5) suum in soprallinea su meum cancellato.

(6) Sic nel ms.

Ansaldus Pestelerius, in quam ipse Ansaldus lb. .xxxx. et s. .vii. posuit et Bonus Iohannes lb. .xxxx. et s. .vii. ad quartam proficui. Hoc laboratum apud Septam ipse Ansaldus, inde reducere Ianuam. Remanent Ianuam in domo Pestelerii grani mine .clxxxii. et leca duo et medius in bucia Salse que est ad Sarçanum. Ex his omnibus precipere debet Pestelerius lb. .viii. et Bonus Iohannes lb. .viii., reliquum debent partiri per medium, sed de medietate Boni Iohannis Pestelerius debet quartam habere. Actum in capitulo, .MCLXII., .iii. (1) octubris, inductione .x.

CMLXXXI.

Amico di Fontana stipula con Stabile una accomandacio (3 ottobre 1162).

Stabilis et Ribaldi Seraphie et Amici de Fontana].

Testes Astorius, Gruatus, Iohannes Grancius et Balduinus Ingelfredi. Amicus de Fontana professus est se portare laboratum Septam ad quintam (2) proficui lb. .lxxxvi. Stabilis et lb. .xxiii. ad quartam proficui, in reditu in potestatem eius capitale et proficuum reducere debet et capitali tracto de proficuo debet habere ut supra. Professus est Stabilis quod de ipsis .lxxxvi. lb. tercia est Ribaldi Seraphie in cuius potestatem possint similiter omnia pervenire sed inde tres libre proprie sunt ipsius Stabilis. Actum in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo secundo, .iii. octubris, inductione .x.

[*fo. 123 r.*].

CMLXXXII.

Guglielmo Guercio dichiara ad Ansaldo Cigala che la propria figlia è soddisfatta in considerazione del divorzio dell'antefactum ricevuto (4 ottobre 1162).

Ansaldi Cigale].

* Testes Oto iudex de Mediolano, Sismundus Muscula, Ribaldus de balneo et Wuilielmus Anfossi Guercii. Ego Wuilielmus Guercius de ponte stipulanti tibi Ansaldo Cigale sub pena dupli promitto quod faciam ut filia mea Druda sit contenta de antefacto suo et quod nec ipsa nec aliqua per eam inde adversus Petrum Capellatum vel eius filium aliquid queret, quod si non fecero vel si pro-

(1) *Cancellato*: kalendas.

(2) *quintam corretto su quartam*.

pterea ad aliquod dampnum pervereris hoc tibi emendabo et infra octo dies restituam, propterea bona mea habita et habenda tibi pignori subicio ut nisi sic observavero exinde pro sorte et pena intrare possis in bonis meis que malueris tua actoritate et sine decreto et quantum hoc fuerit tibi estimari facias et estimatum nomine vendicionis possideas. Abrenuncio etiam si qua lege possem tueri quia quasi in divorcio faciendo hoc fieri (1) videntur. Actum in capitulo, .MCLXII., .III. octubris, indictione .x.

CMLXXXIII.

Giordano Martellacio, coll'assistenza di un curatore speciale, costituisce l'antefactum a Lucia figlia di Oberto Malocello, sua sposa (6 ottobre 1162).

Lucie filie Oberti Malocelli].

Testes Guido de Lauda, Angelerius de Camilla, Novellus, Anxacus et Anxachinus, Angelerius Pollesinus, Obertus Canis, Lanfrancus Rodulfi et Ribaldus Deitesalvet. Ego Iordanus Martellacius actoritate electi ad hoc curatoris mei Bonivassalli de Gallete et quia inde sacramento teneor dono tibi Lucie filie Oberti Malocelli dilecte sponse mee ad habendum et tenendum nomine antefacti pro more et consuetudine civitatis Ianue tantum quod bene valeat lb. .c. Hoc autem in bonis que habeo et habiturus sum. Pater pro ea recepit. Actum in capitulo, .MCLXII., .VI. octubris, indictione .x.

CMLXXXIV.

Oberto Malocello conviene la dote della figlia Lucia con Giordano Martellacio (6 ottobre 1162).

Iordani Marcellacii].

* Testes Sismundus Muscula, Anxacus Novellus, Bonusvassallus Galeta, Obertus lucensis. Ego Obertus Malocellus convenio tibi Iordanu Marcellacio genero (2) meo quod pro dotibus uxoris tue filie mee (3) tibi dabo libras sexaginta in mobilia, quārum .xx. presentialiter et .xl. usque ad annos .III. Quod si non fecero penam dupli bona pignori, intrare et celera et sine decreto et facere estimari et nomine vendicionis possidere. Actum in capitulo, .MCLXII., die predicta.

(1) Cancellato: arbitram.

(2) genero in soprалinea su nepoti cancellato.

(3) Spazio bianco nel ms.

CMLXXXV.

Angelerio di Camilla e Lanfranco Cancelliere contraggono una societàas (6 ottobre 1162).

Angelerii de Camilla et Lanfranci].

* Testes W. Calige Pallii, Bonus Iohannes guardator et Wuilielmus lombardus. Societatem contráxerunt Angelerius et ille Lanfrancus Cancellerius in qua Angelerius libre duodecim et s. .viii. d. .viii. Angelerius ultra hoc lb. .xxxx. et s. .xviii $\frac{1}{2}$. ad quartam proficui in societatem convertendam, hoc laboratum in barbariam et lucrum persone debet in societatem converti. Actum in capitulo, .MCLXII., die predicta, indictione decima.

[*fo. 123 v.*].

CMLXXXVI.

Bonvassallo di Dodone stipula con Elia un prestito marittimo (17 ottobre 1162).

Elie].

Testes Oto Russus de Clavica, W. Baltuadus et Albertus iudex. Ego Bonus Vassallus Dodonis profiteor tot accepisse a te Elia de rebus tuis unde ventura estate tibi vel tuo nuncio per me vel meum nuncium solvam lb. .xxv. denariorum ianuensium navi qua ivit Manoellus sana eunte Buceam et redeunte infra mensem post quam revertetur. Si vero ipsa estate vel iter mutaverit aut Bucee steterit sana veniente ea navi que inde prior moverit gratia veniendi Ianuam infra mensem postea, quod si non fecero penam dupli stipulanti tibi promitto unde pro sorte et pena bona mea habita et habenda tibi pignori subicio, eo pacto quod nisi ita observavero exinde in bonis meis que malueris intrare possis pro sorte et pena tua auctoritate et sine decreto alicuius potestatis et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari facias ac nomine vendicionis possideas et inde facias quicquid volueris. Preterea ego Iordanus de Forti, abrenuncians iuri quo prius secundo prior debitor convenientus est, de supradicto debito tibi nominato creditori proprium et principalem debitorem me constituo, sub pena dupli tibi stipulanti promittens quod nisi ad prefixum terminum superioris debiti tibi solucionem fecerit exinde usque .viii. dies ego id totum tibi persolvam, bona pignori intrare et sine decreto et cetera et legalitatem solvendi. Actum in pontili capituli .MCLXII., .xvii. octubris. indictione .x. (1).

(1) In margine: B.

CMLXXXVII.

Senebaldo dona ad Alberto, suo figlio emancipato, la metà di tutto il suo patrimonio (9 ottobre 1162).

Alberti filii Senebaldi].

Testes Paganus de Volta, Guido de Läude, Bonus Iohannes Claviger, Angelerius Claviger, Obertus Clericus et (1) Odençon guardator et Petrus de Mascarana. Ego Senebaldus dono tibi Alberto filio meo emancipato medietatem omnium rerum mearum mobilium et immobilium, feudi et allodii, excepta tantum Doneta ancilla mea et filia eius. A presenti itaque die ipsam medietatem (2) habeas et possideas tu et heredes tui et cui tu dederis et inde quicquid volueritis faciatis sine mea contradictione et meorum heredum et omnium pro nobis. Actum in capitulo, .mclxii., .viii. octubris, inductione .x. (3).

CMLXXXVIII.

Vassallo Belcesii fa il suo testamento (18 ottobre 1162).

Vassalli Belcesi et S. Marie de Tilieto].

Testes frater Obertus prior Sancte Marie de Tilieto, Oto Russus de porta et guardatores Odecon (4) Bencavalca, Bonus Iohannes et Martinus de Calcia, W. Blancus et Robertus aurifaber. Ego Vassallus Belcesii contemplacione ultime voluntatis iudico pro anima mea ecclesie Sancte Marie de Tilieto Ib. .lx. et si filius meus qui ex reliquis meis bonis mihi heredem relinquo laicaliter vixerit, si absque heredem decesserit exceptis Ib. .x. quas sibi ordinare possit in residuum ei succedat ecclesia memorata, si vero clericalem habitum magis dilexerit, ecclesia cui inservierit ei possit ac debeat si ipse voluerit succedere, quod ideo facio quia cum me obtulerim Deo et supradicte ecclesie nec presentialiter me valeam expedire per quod ad ipsam pro voto possim accedere, ne si interim vocante Domino

(1) *Cancellato*: Bonus Iohannes Claviger.

(2) *Cancellato*: proprietario.

(3) *In margine*: A, come nel doc. CMLXXXVI è scritto pure in margine B, per invertire l'ordine dei due documenti nel ms. Nella presente edizione diamo l'ordine del ms.

(4) *Sic nel ms.*

michi contingenterit quicquid humaniter voto meo posset ex toto fraudari si quo contingenterit me interea fatale munus subire quod di numeratis nequeam rebus meis disponere. Hec est mea ultima voluntas et ipsam volo omnem firmitatem valere, cum donum illud faciam amore Dei et pro redemptione peccatorum meorum. Actum in pontili capituli, .MCLXII., .xviii. octubris, indictione .x.

[fo. 124 r.]

CMLXXXIX.

Bongiovanni Malfigliastro dona quattrocento libre al proprio figlio emancipato Guglielmo (22 ottobre 1162).

Wuilielmi Malfiastri].

Testes L. de Alberico, Albericus, Otobonus et Albertus Castanea. Iuravit Bonus Iohannes Malfiaster se emancipaturum Wuilielmum filium suum cum libris quadrigentis mobilie et centum in terris quodque harum ei faciet huiusmodi dacionem, centum mobilie et centum in terris, ei presentialiter dabit ducentas mobilie usque kalendas iulias vel antea si prius iret exercitus, aut per totum iulum si antea non iret exercitus, decem scilicet diebus ante mocionem exercitus, aut si non iret ante per totum mensem illum. Alias vero centum libras dabit ei usque annum unum ex illa die. Addidit etiam in ipso iuramento quod in predicta emancipatione remittet ei quicquid debet (1) a filio consequi precio emancipationis et cum dotibus uxoris emancipabit eum si eas antea ceperit ipse Wuilielmus quia emancipetur et quod hanc emancipationem faciet usque dies .xv. post sponsalia et hoc faciet in laude iudicis ex parte (2) filie Anne Castanee quam est in coniugem accepturus. Addidit etiam in ipso iuramento quod si antea emancipationem ipse Wuilielmus ceperit prefatam (3) in uxorem quod antefactum ei concedet in quantitate prefixa et etiam quod si in die exitus sui aliis filiis suis plus in partem reliquerit quod hec in hoc eis coequabit. Hoc totum observabit nisi sicut remanserit licentia domine Anne matris supradicte (4) et duorum propinquorum eius ad hoc vocatorum quodque si terminus aut termini inde fuerit ei producti quod ad indultum vel indultos terminos pariter tenebitur usque ad complementum que omnia Nuveloni preterea sub pena quingentarum librarum stipulanti se per omnia observaturum promisit. Actum

(1) debet in soprallinea su posset cancellato.

(2) Spazio bianco nel ms.

(3) Spazio bianco nel ms.

(4) Spazio bianco nel ms.

in ecclesia Sancti Iohannis, .MCLXII., .xx. die octubris, indictione decima (1).

CMXC.

Guglielmo Malfigliastro, in relazione al doc. CMLXXXIX, promette di prendere in moglie la figlia del fu Guglielmo Castagna (22 ottobre 1162).

] (2).

* Eodem die et loco et eisdem testibus et Nuvelone. Iuravit Wuilielmus Malfiaster suscepturum se in uxorem (3) filiam quondam Wuilielmi Castanee usque nativitatem Domini vel antea si concordabunt et quod nulli persone promisit per se vel alium aliquam restitucionem vel reddicionem aut donum pro emancipatione vel dono ei a patre promissis nec aliquando promittet vel faciet aut dabit et quod habitatum veniet cum sua socru et cum ea stabit in mansione nisi quantum ipsi licentia remanserit.

CMXCI.

Guglielmo Malfigliastro costituisce l'antefactum alla figlia di Guglielmo Castagna, sua sposa, in relazione ai doc. CMLXXXIX e CMXC (20 ottobre 1162).

Filie quondam Wuilielmi Castanee].

* Eodem die et loco et testibus. Ego Wuilielmus Malfiaster, presente Bono Johanne patre meo et iubente, dono (4) sponse mee nomine antefacti in bonis patris mei in his videlicet que mihi dare iuravit libras centum ad habendum et tenendum nomine antefacti pro more et consuetudine civitatis Ianue (5). Albertus Castanea accepit pro ea.

CMXCII.

La chiesa di Santo Stefano di Campo Florenzano permuta terre con Filippo Cinsia (22 ottobre 1162).

(1) L'atto è cancellato colla parola O.G.E.

(2) Spazio bianco nel ms.

(3) Spazio bianco nel ms.

(4) Spazio bianco nel ms.

(5) Cancellato: W.

Ecclesie Sancti Stephani de campo Floreçano et Philippi Cinsie] (1).

Testes Iohannes Canis, Michael Graç de Sexto et Guido Guercius Ansaldus de Oliva (2) et Vassallus Fulconis de Oliva. Cambium et permutacionem fecerunt inter se presbiter Petrus ecclesie Sancti Stephani de Campo Florençano consilio duorum vicinorum suorum Ansaldi de Oliva et Vassalli Fulconis de Oliva pro ipsa ecclesia et Philippus Cincia, hoc modo (3). Ipse Philippus dedit supradicte ecclesie in Pallaredo medietatem unius pecie terre et octavam alterius medietatis, quam peciam terre presbiter de Figinno consuevit tenere, coheret ei superius Costa, inferius rivus Transtri, ab una parte terra quam idem presbiter tenet et ab alia terram quam tenent illi de Carplano. Ipse vero presbiter Petrus actoritate supradicitorum vicinorum suorum dedit ei duas pecias terre iuris supradicte ecclesie que sunt ad crucem inter utramque quārum est terra Albericorum, desuper via (4), inferius fossatum, ab una parte alterius (5) [fo. 124 v.] earum terra Malerbe, ab altera alterius pecie terra quam tenet Mandalus. Dat etiam ei ipse presbiter Petrus medietatem unius pecie terre quam in eodem loco ipsa ecclesia habet communem Malerbe, cui coheret terra predicti Philippi Cincie, ab altera parte Malerbe, superius via, inferius fossatum. Dat etiam ei quicquid iuris ipsa ecclesia habet in terram quam tenet Mandalus (6). Hoc cambium ut superius scriptum est (7) et hanc permutacionem inter se fecerunt memorati contrahentes, unus alteri possessionem et dominium conferens ex his que inter se, ut prelegitur, commutabant, dantes adinvicem plenum et vacuum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure. Promiserunt quoque invicem sibi sub pena dupli cum stipulacione promissa se hoc cambium et hanc permutacionem ratam perpetuo habituros et defensuros (8) unum alteri aut cui dederit, presbiter per se et suos successores, Philippus vero per se et suos heredes (9). Pro evictione itaque dupli subposuit pignori memoratae ecclesie bona sua idem Philippus et ipsi Philippo bona ecclesie presbiter nominatus consilio et actoritate prefatorum vicinorum suorum eo modo ut nisi sic observaverint,

(1) *Cancellato*: Presbiteri Petri.

(2) *Cancellato*: Cambium et permutacionem fecerunt.

(3) *Cancellato*: quia.

(4) *Cancellato*: ab altera parte alterius pecie terra quam tenet Mandalus.

(5) *Cancellato*: unius.

(6) *Cancellato*: Hoc ut.

(7) *Cancellato*: cambium.

(8) *Cancellato e in soprolinea*: sub pena dupli sicut valuerit aut meliorata fuerit

(9) *Cancellato*: perpetuo defensuros.

exinde pro dupla ille quod pactum servaverit in bonis partis frangentis pactum intrare possit et sua actoritate et sine decreto consumum quantum hoc fuerit sibi accipiat estimari faciat et estimatum id nomine vendicionis possideat. Suprascriptam possessionem unus alterum cepisse professi sunt.

Actum in capitulo, Ianue, .MCLXII., .xxii. die octubris, indictione .x. (1).

CMXCIII.

Giovanni Persona rinnova la dichiarazione di aver ricevuta la dote della propria moglie Bona e di averle dato l'antefactum (25 ottobre 1162).

Bone uxoris Iohannis de Persona].

Testes Donatus Gobus, Guidotus Ravagna, Albertus Donadei et Andreas Tignosus. Ego Iohannes Persona profiteor me habuisse de dotibus bone uxoris mee lb. .vi. et pro antefacto me eidem tantumque dedisse in bonis que habeo et habiturus sum ad habendum et tenendum pro more et consuetudine huius civitatis. Huius autem instrumenti ei propterea ei innovacionem facio quum cartulam quam inde habuerat quando nostra domus combusta fuit amisimus. Actum in capitulo, .MCLXII., .xxv. octubris, indictione .x.

CMXCIV.

Otone figlio del fu Guglielmo de Nigro costituisce l'antefactum alla sposa Maria figlia di Otone de stacione (27 ottobre 1162).

Marie filie Otonis de Stacione].

Testes Oto iudex de castro, Enricus Aurie, Simon Aurie, Wuilielmus Buferius, Bonus Vassallus de castro, Ingo Boledus, Bernardus Vitalis et Bernardus de Aspirano. Ego Oto filius quondam Wuilielmi de Nigro profitendo me esse plene etatis do Marie filie Otonis de stacione dilecte sponse mee in eo quod habeo in Sexto tantum quod bene valeat libras centum et si ibi defuerit in aliis bonis que habeo et habiturus sum que ipsa maluerit sibi suppleantur, ad habendum et tenendum nomine antefacti pro more et consuetudine civitatis Ianue. Odo de stacione pro ea accepit. Actum in pontili capituli, .MCLXII., in vigilia apostolorum Simonis et Iude, indictione .x.

(1) In margine l'annotazione: pro ecclesia ter scripta.

CMXCV.

Guglielmo Malfigliastro dona a Bongiovanni Malfigliastro ogni suo diritto, ragione ed azione sopra una somma in perperi avuta dalla curia dell'imperatore d'Oriente (4 novembre 1162).

Boni Iohannis Malfiastri].

Testes Oto iudex de castro, Nuvelonus, Otobonus, Dominicus iudex et Albertus Castanea. Ego W. Malfiaster emancipatus dono tibi Bono Iohanni patri meo omne ius, universas raciones et actiones quas habeo in perperis quos habes quos sumpsi a curia constantinopolitani imperatoris pro fidelitate quam ei feci aut quas habeo in eo quod inde profectum est et stipulanti tibi promitto sub pena duplicitum stipulacione quod te inde amplius aut heredes tuos per me vel meos heredes nullatenus conveniam vel inquietabo, unde bona mea tibi pignori subicio ut nisi sic observavero exinde tua actoritate et sine decreto consulum intrare possis in bonis meis que malueris et estimari facere et cetera. Actum in capitulo, .iii. novembris, .MCLXII., indictione .x.

CMXCVI.

Bongiovanni Malfigliastro conferma al figlio Guglielmo la donazione di cui al doc. CMLXXXIX (4 novembre 1162).

Wuilielmi Malfiastri].

* Eodem die et loco et eisdem testibus. Ego Bonus Iohannes Malfiaster tibi Wuilielmo filio meo emancipato stipulanti promitto me impleturum tibi et daturum per omni quemadmodum iuravi et scriptum est in cartula que inde est et donationem illam quam ante emancipationem tibi me facturam iuravi nunc post emancipationem omnimodo tibi confirmo.

[*fo. 125 r.*].

CMXCVII.

Guilia del fu Martino Guercio dona a Gioele, suo nipote, immobili in Genova e in Recco (8 novembre 1162).

Joelis de Clavica].

Testes Alvernacius, Gandulfus Muscelica, Bonus Iohannes Malfiaster, Obertus Gruatus, Bonus Vassallus Salsa et Iordanus Ise. Ego Guilia quondam Martini Guercii dono tibi Joelis dilecto meo nepoti partem quam habeo in domu, qua pariter in castello Janue

manemus, que holim fuit predicti viri mei, si nunc mea est pro meo patrimonio adiudicata. Do etiam locum meum in Reco qui est ad fossatum cum domu que in eo est plenum et vacuum cum canneto quod habeo a Sapello et queru que est prope locum illum cum terrula illa quam ibi habeo in qua est. Ili loco coheret ab una parte terra Iterii Pauce Lane, ab altera Cime maris, a tertia Fledemerie, a quarta via. Facias itaque inde proprietario nomine tu et heredes tui aut cui dederis quicquid volueritis sine omni mea contradictione et meorum heredum et omnium pro nobis, stipulanti etiam tibi sub pena dupli promitto me hanc donacionem de cetero non impedituram sed ab omni homine deffensuram tibi et heredibus tuis aut cui dederis sine mea contradictione et meorum heredum et omnium pro nobis, bona itaque mea inde habeas omnia pignori obligata, ut nisi sic, exinde tua actoritate et sine decreto intrare et estimari et nomine vendicionis possidere et cetera. Possessionem et dominium dedi. Actum in capitulo, .MCLXII., .viii. novembbris, inductione .x.

CMXCVIII.

Giovanni, in relazione alla donazione di cui al doc. CMXCVII si obbliga a provvedere vitto e vestito a Giulia del fu Martino Guercio, vita natural durante (8 novembre 1162).

Guilie Martini Guercii].

* Die loco et testibus supradictis. Ego Iohannes promitto tibi Guilie quondam Martini Guercii dilekte amite mec stipulanti sub pena dupli quod in vita tua tibi providebo in (1) viciualibus et indumentis convenienter secundum meas facultates et quod in ultimis tuis (2) tribuam pro anima tua lb. .v. et propterea bona mea tibi pignori subicio, ut nisi sic observavero, exinde tua actoritate et sine decreto consulum intrare possis in eis pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari facias et estimatum nomine vendicionis possideas sine mea contradictione et omnium pro me.

CMXCIX.

Siro, arcivescovo di Genova, contrae un mutuo con Alberto, fratello di Arnaldo giudice (16 novembre 1162).

(1) in in sopralinea su ut cancellato.

(2) Cancellato: tibi dabo.

Alberti fratris Arnaldi iudicis].

* Testes archipresbiter Wuilielmus, Bonus Iohannes Malfiaster, Oger Dampnesius, Petrus Guastamercatum, Girardus Barcha et Iohannes de Lavania. Nos Syrus dei gratia ianuensis archiepiscopus profitemur mutuo cepisse a te Alberto Arnaldi iudicis fratre lb. .xx. denariorum ianuensium, quas in expensis quas domino papa fecimus expendi. Has tibi reddendas promitto infra mensem postquam eas postulaveris, inde tibi pignori subposui baciles nostros argenteos, cuppam argenteam et anulum, quos a te mutuo postea cepi. Actum in camera ipsius domini archiepiscopi, .MCLXII., .xvi. die novembris, indictione .x.

M.

Odezone abate di Sant'Eugenio contrae un mutuo con maestro Durando (17 novembre 1162).

Testes magistri Duranni].

* Testes L. Piper, Ansaldus Cigala, Enricus Dei te salvet, Ansaldus Peçollus, Bonus filius Medicus, presbiter Wuilielmus Sancte Marie de Saona, Iohannes Cabutus et Lanfrancus Gastaldus de Bergegi. Nos Odeçon abbas Sancti Eugenii pro utilitate predicti monasterii consilio domni Manfredi presbiteri et Vassalli nostri, L. Piperis et gastaldi nostri Lanfranci de Bergegis mutuavimus a te magistro Durando lb. .l. denariorum ianuensium, quas tibi vel tuo misso per nos vel nostrum missum reddemus infra mensem postquam postulaveris per te vel tuum missum. Ut quia hoc mutuum gratis et tua nobis liberalitate (1) predicte ecclesie facis, de rehabacione eius nullis induciis aggraveris quod sub pena dupli tibi stipulanti promitto, unde bona monasterii tibi pignori subicio, ut nisi sic observavero exinde tua actoritate et absque decreto alicuius potestatis intrare possis in bonis eius que malueris et quantum hoc fuerit tibi accipias [fo. 125 v.] et estimari facias ac nomine vendicionis possideas et inde quid velis facias. Ego Embronus constituo vobis magistro Duranno me proprium et principalem debitorem de prefixo debito et abrenuncians legi qua prius secundo primus debitor quatitur et laudi qua ianuenses pro extraneo si fideiusserrint non tenentur. Stipulanti tibi sub pena dupli promitto quod nisi ita debiti huius tibi solucio fiet, exinde per me vel meum nuncium ipsam tibi solucionem faciam infra mensem proxime succedentem,

(1) In soprallinea cancellato: vobis et.

pro dupli bona mea tibi pignori, ut nisi sic, exinde tua actoritate et sine decreto et cetera et estimare facere et nomine vendicionis et cetera. Actum in domo ipsius creditoris, millesimo .CLXII., .xvii. die novembbris, inductione .x.

MI.

Anselmo Garrio e Richelda, coniugi, vendono la metà di un terreno in Genova (18 novembre 1162).

Testes Anfossi de Clavica].

Testes Rodoānus de Mauro, Ansaldus Tanclei, Rainaldus Rundana, Façaben de Clavica, W. Alfachinus, Bertolotus de Madio et Bonus Iohannes pelliçarius. Nos Anselmus Garrius et Richelda iugales cepimus a te Anfoso de Clavica lb. .xxxx. denariorum ianuensium finito precio pro medietate trigintaduorum pedum vivorum et tercie terre iuris nostri quam habemus in Clavica cui coheret ab una parte (1) domus Façaben, retro ortus noster sicut recta linea dividit ab exteriori angulo domus (2) ipsius Façaben porrecta usque ad tresendam que alteram conterminat medietatem inter (3) positionem ipsius linee et Clavicā viam publicam eiusdem longitudinis posito intervallo cuius murus predicti Façaben esse cognoscitur. Quam terram cum ingressu et exitu suo et omni suo iure et quod in ea edificii est tibi memorato emptori pro supradicto precio vendimus et tradimus, non impedire sed ab omni homine sicut valuerit aut meliorata fuerit stipulantibus (4) sub pena dupli promittimus legittime defendere, unde pro evictione bona nostra habita et habenda tibi pignori subicimus ut nisi sic observaverimus exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis nostris que malueris et quantum hoc fuerit tibi accipiās et estimari facias et estimatum nomine vendicionis possideas et inde quicquid velis facias sine et cetera. Possessionem et dominium ipsius vendicionis tibi dedimus. Ego Richelda facio hoc consilio propinquorum meorum Rodoani de Mauro et Ansaldi Tanclei, abrenuncians quantum in hoc casu iuri ypotecarum. Actum in orto cuius supra meminimus, millesimo .CLXII., .xviii. die novembbris, inductione .x. Isabella mater predicti Anselmi huic ven-

(1) *Cancellato*: terra.

(2) *Cancellato*: d.

(3) *Cancellato*: ipsam.

(4) *Nel ms.*: stipulantibus.

dicioni consensit et si quid iuris in ea terra habebat ei abrenunciavit (1).

MII.

Anselmo Garrio e Richelda, coniugi, vendono l'altra metà del terreno di cui al doc. MI a Donato di Giulia (18 novembre 1162).

Testis Donati viri Giulie macellatricis].

* Die loco et testibus supradictis, memorati emptores tantumdem professi sunt se cepisse a Donato Giulie macellatricis finito precio pro altera medietate superius quantitatis cui conterminat Clavica supradicta et inde ei omnibus modis cautum est ut supra.

Verum si non solverit eis lb. .xiii. ad sanctum Andream et lb. .xiii. ad natale proximum aut eorum nuncio, carta ipsi vendicionis de parte donata vacua sit et inanis nec ei detur.

MIII.

Donato e Giulia, in relazione ai docc. MI e MII si obbligano, colla pignorazione del terreno acquistato, di pagarne il prezzo in due scadenze (18 novembre 1162).

Anselmi Garii].

* Testes predicti eodem die et loco. Nos Donatus et Giulia iugales profitemur debere tibi Anselmo Gaurio lb. .xxvi. denariorum ianuensium quarum medietatem ad sanctum Andream et medietatem ad proximum natale, tibi nos facturos stipulanti promittimus sub pena dupli, unde terram quam a te ego Donatus emi pignori subicio, ut nisi ita, exinde pro dupla intrare possis in ea pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari et nomine vendicionis sine decreto et cetera. Ego Giulia facio hoc consilio Rainaldi Rundane mei propinqui et Wuilielmi Alfachini, abrenunciants iuri hypothecarum et cetera.

[fo. 126 r.]

MIV.

Fazaben e Bertoloto di Madio convengono circa la partizione del capitale e del lucro di una loro societas (19 novembre 1162).

(1) In margine l'annotazione: pro Donato scripta.

Façaben et Bertoloti de Maço].

Testes Rodoanus de Mauro, Ansaldus Tanclei, Rainaldus Rundana, Anselmus Garrii (1), Wuilielmus Alfachinus. Professi sunt Façaben et Bertolotus de Madio inter se convenisse quod de bombose, grano et auro quod adductum est de societate quam olim ipse Façaben habuit cum patre memorati Bertoloti de quanto inde habent et retinere potuerunt et de quanto inde aut ex ipsa societate aliquando rehabebunt, particionem debent facere secundum tenorem ipsius societatis et cartula que inde est, ita tamen quod de quanto inde ad ipsum Bertolotum, matrem aut fratres eius pervernerit ei Façaben sufficiens securitas prestari debet de non repetendo aut inde molestando a quovis. Si vero Bertolotus tantum suam partem voluerit et inde ei ita cavere eam habere debet et mater similiter suam si ita et fratres similiter si taliter. Et hoc sub pena lb. .xv. invicem inter se stipulanti hoc sibi promississe professi sunt. Professus est etiam ipse Bertolotus iurasse se quod de quanto idem Façaben ei evicerit ex eo ex quo se posuerunt in arbitratu Anselmi Garrii et Rainaldi Rundane, (2) ex hoc quod de ipsa societate eum non adduxisse in comune (3) ipse Façaben quere-labatur, faciet eiolucionem usque ad complementum dando ei semper quartam partem proficui ad se spectantis quod lucratus ex aliquo itinere rediens fuerit, in quantum sic erit. Si vero potuerit quod inde aliqua ei beat, ea quiequid superius dictum sit non poterunt computari in partem eius ulla deputacione et confessi sunt quod ita inter eos convenit vigilia sancti Martini, .xiii. kalendarum decembris, indictione .x.

MV.

Bertramo, abbe del monastero di San Siro, vende una casa in Genova a Guidone, fratello di Oberto Scarsaria (19 novembre 1162).

Guidonis fratri Oberti Scaçarii].

Testes Wuilielmus Calige Pallii, Obertus Scaçarius, Martinus Devaria, Albertinus Lugarel de Fossatello, Pipinus clericus. Nos Bertramus abbas monasterii Sancti Siri consilio et actoritate fratrum nostrorum domini Gaufredi prioris presbiter Lanfranci sacriste, domini Rufini presbiteri et domni Vassalli presbiteri et domni pre-

(1) *Cancellato*: Façaben.

(2) *Cancellato*: q.

(3) *Cancellato*: prefati.

sbiteri Ribaldi, presbiteri Lanfranci, presbiteri Hominis Dei et presbiteri Enrici cepimus a te Guidone fratre Oberti Scaçarii lb. .xxiii. s. .xv. finito precio pro domo una iuris (1) predicte ecclesie terra et edificio quam frater noster Iohannes diaconus ipsi ecclesie obtulit que est in Clavica. Coheret ei ab anteriori via, ab exteriori tressenda, ex inferiori latere domus Conradi Pensamal, ex superiori Benenca de Tremensen. Infra has coherencias pro supradicto precio tibi vendimus et tradimus ipsam domum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure faciendum inde proprietario nomine et cetera stipulanti tibi promittimus sub dupla non impedire sed ab omni homine legitime defendere et actoriçare sicut valuerit. Pro censu etiam .cc. annorum a te s. .v. accepimus, statuentes ut si deinceps censum eiusdem forme prefate ecclesie inde annuatim (2) aut infra biennium non solveres quod propterea supra sortem ipsius non census non patiaris inde aliquam lesionem pro evictione dupli bona ipsius monasterii tibi pignori subicimus ut nisi sic et cetera et absque decreto. Possessionem et dominium dedimus ipsius domus. Prefatum premium in fetis sive ovibus pro supradicti utilitate monasterii implicantes. Actum iuxta (3) ipsius monasterii, die predicta.

[*fo. 126 v.*].

MVI.

Ogerio Vento fa il suo testamento (19 novembre 1162).

Testes testamenti Ogerii Venti].

Testes Wulielmus Ventus, Philippus de Lamberto, Roduanus de Mauro, Ansaldus Tanelei, Ido Gontardus, Fredençon Gontardus, Matheus Pignol, Amicus de Cuniçone, Obertus (4) Gontardus, Enricus Gontardus et Wulielmus Oçe. Ego Ogerius Ventus testamentum faciens corpus meum voveo sepeliendum apud ecclesiam S. Petri de Mesenia. Pro anima mea iudico lb. .c. e quibus ecclesie S. Georgii iudico lb. .v., Drude cognate mee lb. .x., Gisle servienti mee presentis temporis s. .xx. Ex reliquo exequie funeris et missarum sollemnia et monumenti expense fiant et residuum detur in terra que ipsi ecclesie debeat perpetuo deservire, vel si filii mei maluerint mobiliam retinere, de terra nostra de Vulturi ei tantundem dent in

(1) *Cancellato*: nostri.

(2) *Cancellato*: non solver.

(3) *Spazio bianco nel ms.*

(4) *Cancellato*: de cun.

laude estimatorum. Hoc tamen statuo quod si Rebotus de rebus meis quas habet laboratum habuerit de usura tot bisancios vel alias res que sic accepte valeant lb. .LXX. vel minus ipse computentur infra predictas centum libras quas iudico pro anima mea et ipsa usura reddatur et si pluris erit. Quod si reddi non poterit ad datores eius, quo utilius ad salutem anime mee disponi poterit secundum provisionem fratribus mei Wuilielmi Ogerii et Petri filiorum meorum et cognati mei. Disponatur prefata cognata mea non amittente legatum superius. De uxore mea quondam matre Ogerii et Petri filiorum meorum habui lb. .cc. in terra de quibus inter pro anima eius et alia expendi lb. .LXXVII., residuas lb. .CXXIII. ipsi prehabeant a fratre suo et sint inde contenti. De uxore mea Alda habui lb. .cxxxi. et lb. .xxxvii. in loco nostro inferiori de Albari et ei dedi lb. .c. pro antefacto quas ipsa nunc post mortem ad comune omnium filiorum meorum annuit reversuras, sed si aliquo modo acciderit ut non ita revertantur, Ogerius et Petrus filii mei quisque tantundem precipiat de bonis meis a fratre suo Simoneto. De uxore filii mei Ogerii habui lb. .ccl. ex quibus ipse Ogerius habet lb. .cc. et s. .xxxiii. et ex bonis meis habeat complementum usque in quantitatem prefixam et proficuum quod inde nactus est suum sit et sit inde contentus, quod nullam repeticionem propterea facere possit adversus fratres suos, quod si faceret et inde aliquid optineret, tantundem quisque reliquorum filiorum meorum precipiāt ab eo a divisione. De uxore filii mei Petri habui lb. .LXXXV. mobilie. Si uxor mea Alda voluerit absque viro ut bona femina stare cum filio meo Simoneto stet cum eo in domu meā et habeat predictum suum patrimonium et usufructuet hoc quod habeo in Albaro et annuatim habeat de pensionibus meis lb. .xx. quamdiu sic steterit et pecuni (1) Simoneti laboreum portetur māri et terra ad resicum et fortunam eius consilio fratribus et filiorum meorum O. et Petri et cognati mei Ansaldi. Ex universis reliquis bonis meis omnes filios meos mihi heredes instituo ex equis porcionibus et si quis eorum absque herede decesserit superstes aut superstites ei succedant quocumque tempore moriatur. Ogerium etiam et Petrum Simoneto substituo pupillariter. Filiam vero meam Mariam mihi heredem instituo ex his que sibi in dotem contuli et ex lb. .xxv. quas filii mei dent in mobilia vel terra quam maluerint et inde sit contenta. Si Alda uxor mea ad secundas nuptias convolaverit, pars mobilie Simoneti veniat in potesta- [fo. 127 r.] tem Wuilielmi fratribus mei et laboratum portetur consilio

(1) *Sic nel ms.*

fratrum eius et Ansaldi mei cognati et si vellet frater meus quod mea mobilia immisceatur sue, secundum quod ex ipsa summa erit, mari et terra lucretur et sortiatur, fortunam ipsius Simoneti fiat hoc et si unus predictorum provisorum ab altero dissentiret, nichilominus, secundum melius videre agant alii. De mobilia Mancini habeo lb. .xxv. Omnes servos et ancillas meas liberas statuo si ex hac infirmitate dominus me vocaverit ac si hoc meum testamentum fore aliqua iuris sollepnitate destitutum inde saltim codicillorum obtineat aut alicuius ultime voluntatis. Actum in domo ipsius testatoris, .MCLXII., .xviii. die novembris, inductione .x.

MVII.

Bonovassallo di Arato fa il suo testamento (.).

Testamentum Boni Vassalli de Rato].

Testes Obertus episcopus bobiensis, presbiter Gregorius de Sancto Ambrosio, Fulco Buferius, Anselmus Buferius, Lanfrancus Sporta, Balduinus de Arato, Rufinus consanguineus et Iohannes de Thechia. Ego Bonusvassallus de Arato testamentum faciens voveo corpus meum sepelliendum apud ecclesiam Sancti Ambrosii cui ecclesie s. .xxx. iudico de lb. .x. quas relinquo pro anima mea e quibus ipsis sol. .xxx. diductis corpus meum sepelliatur. Exequie funeris fiant et pro anima mea sacra celebrentur officia et pauperibus secundum quod suffecerint tribuantur. Hec autem in disposizione cognati mei Fulconis et uxoris mee ac Balduini fratris mei. De Imelda uxore mea habui lb. .l. et ei dedi lb. .c. pro antefacto. Ex reliquis bonis meis filios meos Mariam, Wuilielmum, Iohannam, Enricum mihi heredes instituo ex equis porcionibus, unumque alteri substituo ut si quis eorum absque herede decesserit supestites ei succedant. Tutelam et curam filiorum meorum et rerum eorum relinquo Enrico Gagine compatri meo (1), Fulconi nostro cognato et mee uxori. De rebus avi mei habere me profiteor lb. .vii. s. .iii. Actum in domo ipsius testatoris .MCLXII., .xviii. die novembris, inductione .x. Commorationem fecit preterea rerum suarum dicens Fulco Buferius debet mihi lb. .xxv. ad terminum quod est in carta quam inde habeo. Enricus Gagina debet mihi lb. .xii. $\frac{1}{2}$. Ogerius Capra lb. .viii. minus d. .l. Balduinus frater meus debet mihi s. .xx. Anselmus Bufferius debet mihi mediatalem de lb. .iii. et s. .viii. Poncius de mari debet mihi s. .xv. Guiençon de Gotiçone debet mihi s. .vi. Lanfrancus meus cognatus debet

(1) Cancellato: Lanfranco.

mihi s. .v. de .ccc. minus .x. michalatis quos Guivençon Amorosius recuperare debet deducta tertia decima, quarta est mea de reliquo.

MVIII.

Gioffredo vende a Bonovassallo e Oliviero Nivetella due pezze di terra in Albaro (17 novembre 1162).

Oliverii Nivetelle et Boni Vassalli Nivetelle].

* Testes Odo de stacione, Lanfrancus de Reco, Ribaldus de Fasol, Martinus Draco et Albertus de Funtana. Nos Iofredus medicus dispensator infirmorum et ecclesie eorum minister humilis et amicus servitorum eorum cepimus pro utilitate ipsius ecclesie et solvendis eorum debitibus que pro ipsis felicis memorie Bonus Martinus debuerat Ib. .xi. s. .xv. denariorum ianuensium a vobis Bonovassallo et Oliverio Nivetella, finito precio pro terra iuris eorum quam habent in Albari in duabus peciis in Andriaca, uni earum que fuit Buccefine. Coheret ab una parte (1) terra quondam Wuilielmi Garrii et infirmorum, ab altera Conradi Botarii, à tercia fossatum, a quarta via publica. Altera est medietas unius pecie iuxta eandem terram que etiam fuit quondam Wuilielmi Garrii, cui ab altera parte coheret via, ab altera fossatum, [fo. 127 v.] ab altera terra ipsius Conradi Botarii. Pro supradicto itaque precio ipsam terram vobis vendimus plenum et vacuum in integrum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure faciendum inde proprietario nomine quicquid volueris sine nostra contradictione et successorum nostrorum predice ecclesie et ipsorum infirmorum omnium pro nobis et eius. Promittimus etiam vobis pro ipsis ecclesia et infirmis quod ipsam vendicionem non impediemus de cetero sed legitime dessendemus et auctorabimus legitime sicut valuerit aut meliorata fuerit sub estimacione. Penam dupli sub stipulacione pro evictione bona (2) ipsius ecclesie et ipsorum infirmorum pignori vobis subicimus ut nisi sic intrare de cetero et sine decreto et estimari facere et nomine vendicionis possidere. Censem tamen solvamus ipsi ecclesie denarium .i. per annum, verumtamen si non solvetur annuatim, non tamen a vestro iure cadatis quandocumque illum velitis solvere. Dominium et possessionem tibi dedimus. Actum in pontili capituli, millesimo centesimo sexagesimo secundo, .xxvii. novembris, inductione .x.

(1) *Cancellato*: terra Buccefine ab altera.

(2) *Cancellato*: pignori intrare et cetera.

MIX.

*Oberto Recalcato e Leona, coniugi, vendono la metà di una casa
in Genova (1 dicembre 1162).*

Adalasie Ionathe Pignolii].

Testes Bonus Iohannes Malfiaster, Obertus Gontardus, Enricus Gontardus, Bonus Senior guardator et Guidotus guardator. Nos Obertus Recalcatus et Leona iugales cepimus a te Adalasia Ionathe Pignolii libras sexaginta octo finito precio pro medietate pro indiviso unius domus que est in carrubio que quondam etiam tua fuit, cui coheret a duabus via publica, ab una parte domus herendum quondam O. de Bocherone, ab altera domus filiorum quondam Oberti Amelii, quam medietatem ego Obertus estimatam accepi pro patrimonio mee supradicte uxoris, quam medietatem terram et edificium cum ingressu et exitu suo et omni suo iure tibi pro supradicto precio vendimus et tradimus faciendum et cetera, stipulanti etiam tibi sub pena dupli promittimus non impedire sed tibi et heredibus tuis aut cui dederis hanc vendicionem per nos et nostros heredes ab omni homine legitime deffendere et actoricare sicut valuerit aut meliorata fuerit, pro evictione dupli bona nostra habita et habenda tibi pignori subicimus, ut nisi sic observaverimus exinde tua actoritate et sine decreto (1) et nostra contradictione et omnium pro nobis intrare possis in bonis nostris que malueris quantumque hoc fuerit tibi accipias et extimari facias et possideas de cetero nomine vendicionis. Possessionem et dominium ipsius vendicionis tibi dedimus et de precio nos quietos appellamus. Ego Leona facio hoc consilio fratrum meorum Oberti Gontardi et Enrici Gontardi, quantum in hoc casu abrenuncians iuri hypothecarum et senatus consulto Velleiani. Actum in burgo, in domo ipsorum venditorum, .MCLXII., kalendis decembris, indictione .x.

MX.

*Rogerio Iuste loca per ventinove anni un terreno a Martino Ferrari
(6 dicembre 1162).*

Martini Ferrariaii].

Testes Rainaldus Rundanæ, Wuilielmus filius Wuilielmi Pipe-rate et Opico Anselmi de Caffari. Ego Rogerius Iuste loco tibi Mar-

(1) Cancellato: consulum.

tino Ferrario duas tabulas et pedes duos vivos terre in Mançana, que terra est Wuilielmi Alineri filiastri mei. Hanc tibi loco usque annos .xxviii. in qua domum construas et quām usque ad prefixum terminum teneas sine contradictione ipsius Wuilielmi et omnium personarum pro eo (1), dando singulis annis s. .vi. d. .iii. nomine pensionis. Promitto itaque tibi stipulanti sub pena dupli expensarum quas in ea feceris dampni etiam quod inde haberes (2) si tibi interea tolleretur quod ipsam terram tibi ab omni homine deffendam et auctorīcabo, (3) unde bona mea habita et habenda tibi pignori subicio, ut, nisi sic observavero, quantum hoc erit tibi accipias et estimari facias et nomine vendicionis possideas et ipse Martinus terram illam infra has coherencias ab una parte domus Pelosi ab altera terra eiusdem Wuilielmi Alinerii inferius et superius via locavit usque ad tempus superius, promittens inde singulis annis s. .vi. d. .iii. et finito termino aut antea si edificium illud habuerit vendere dare ipsi Wuilielmo Alinerii ad s. .ii. minus quam ab altero inde consequi possit, penam dupli et sicut et cetera. Actum in capitulo, .MCLXII., die s. Nicolai, indictione .x.

[fo. 128 r.]

MXI.

Enrico Nivetella acquista da Giuseppe, ebreo, una quantità di merce, da rivendere in Spagna, stabilendone le condizioni (14 dicembre 1162).

Iusephi et Enrici Nivetelle].

* Testes Oliver Nivetella, Oto Painardus, Amicus Vacca et Bonus Iohannes guardator. Ego Enricus Nivetella cepi a te Iusepho Iudeo libram unam sevece de qua libras duodecim denariorum ianuen-sium tibi solvi, quam Yspaniam ad meum resicuum portare sed ad tuam vendere promitto. Si pluribus .xxxvi. bisāncios vendetur, superfluum tibi implicabo et adducam ad causimentum tuum. Et ego Iusephus tibi promitto quod si minus bisanciorum .xxxvi. inde habueris de unoquoque bisancio quem inde minus habueris solvam tibi s. .x. infra mensem postquam veneris vel miseris certas litteras (4) inde et ego Iohannes scriba in mea legalitate tibi promitto quod, si tibi sic non solverit, ego id tibi complebo. Actum in capitulo, .MCLXII., .xiii. decembris, indictione .x.

(1) *Cancellato*: coh.

(2) *eres in soprallinea su ueris cancellato*.

(3) *Cancellato*: ab omni homine.

(4) *Cancellato*: quod.

MXII.

Donato e Giulia, coniugi, dichiarano ad Anfosso di Chiavica di aver acquistato per conto di esso un terreno in Genova (26 dicembre 1162).

Anfossi de Dulci].

Testes Wuilielmus Calige Pallii, Patrius, Martinus Draco, Durandus Calegarius, W. Besustus, W. de Quarto. Nos Donatus et Giulia macellatrix iugales profitemur tibi Anfosso de Clavica nos de tuorecio et tibi comparasse tertiam tabule et duos pedes mortuos terre, quos ultra tabulam unam emimus ab Anselmo Garrio in Clavica, prope terram quam ab eodem comparasti, unam scilicet tabulam et tertiam et duos pedes mortuos eamque tibi iuxta tuam ab interiori et exteriori sicut comprehendet tibi assignantes omne ius et omnes actiones et raciones quas nacti sumus inde aliquo modo tibi conferimus et donamus et cedimus, dantes etiam tibi secundum quod tibi convenerimus et, quia (1) cum emptionem illam inter nos dividemus nobis ab inferiori concessisti que maioris esse dignoscitur ut cloacam tuam immitere possis in nostram quam exterius relinquemus unius pedis latam deflucturam in trecentam ex latere apparentem, quod datum stipulanti tibi sub pena dupli nos non impedituros sed ab omni homine sicut valuerit legitime defensuros promittimus, unde bona nostra pro ipsa pena tibi pignori subicimus, ut, nisi sic, exinde tua actoritate et sine decreto intrare et facere estimari et cetera. Ego Giulia facio hoc consilio vicinorum et amicorum meorum Patrii et Duranni Caligarii, abrenuncians iuri hypothecarum et senatus consulto Velleiani. Pre- cium supradicte terre et possessionis tercie, scilicet tabule et duorum pedum mortuorum te solvisse de tuis denariis profitemur. Actum prope domum ipsorum iugalium, .MCLXIII., .vii. kalendarum ianuarii, inductione .x.

MXIII.

Idone Gontardo rinuncia in favore della chiesa del Beato Giovanni di Pavarano ad ogni diritto a lui spettante contro di essa per irregolarità di costruzione di una casa (27 dicembre 1162).

Sancti Iohannis de Pavarano].

* Testes Bonus Iohannes Malfiaster, Matheus Pignol, Fortis de mercato et Hodecon guardator. Ego Ido Gontardus cedo, remitto et

(1) *Cancellato:* maioris erat.

dono ecclesie beati Iohannis de Pavarano per te Wuilielmum Burenem in hoc casu procuratorem eius quicquid iuris habeo aut intendere possem vel movere adversus ipsam ecclesiam eo quod domus eius coherens mee de carrubio, in anteriori porrecta est ultra debitum cum ad equalitatem mee non debet esse porrecta anterius. Tibi etiam sub pena (1) ducentorum solidorum stipulanti promitto per me meosque heredes, si inde adversus ipsam ecclesiam aliquando moverimus litem vel inquietationem et pro ipsa pena bona mea tibi pignori subicio, ut, si hoc acciderit, exinde tua auctoritate et sine decreto et sine nostra contradictione et omnium pro nobis intrare et facere estimari et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .XXVII. die decembbris, indictione .x.

MXIV.

Ansaldo di Caffaro dichiara a Marchese Della Volta che la metà di una somma affidata a Otone di Caffaro è di proprietà di esso (27 dicembre 1162).

Marchionis de Volta].

* Testes Primus Berfogium, Oto Galeta et Balduinus de Donnaben. Ego Ansaldus Caffari ipso avo meo presente et eius actoritate confiteor quod bisanciorum .CCCXLVIII. quos Otoni de Caffaro commisi et totius profici quod Deus in eis dederit medietas est Marchionis de Volta et ei specialiter pertinet et commodo (2) et fortune ipsius. Actum in domo ipsius confitentis, .MCLXIII., .XXVII. die decembbris, indictione .x.

[*Io. 128 v.*].

MXV.

Marchese Della Volta promette di rimborsare ad Ansaldo di Caffaro la metà delle spese ch'egli farà per i bisanci di cui al doc. MXIV (27 dicembre 1162)

Ansaldi de Caffaro].

* Testes Oto Galeta, Primus Berfogium et Balduinus Donnaben. Ego Marchio de Volta promitto tibi Ansaldo de Caffaro stipulanti sub pena dupli quod, si occasione bisanciorum quos ab imperatore constantinopolitano Emanuele sunpsisti precedenti estate ad hoc deveneris ut inde ei servicium facias, medietatem expensarum quas ob id feceris tibi restituam pro ipsa itaque pena bona mea tibi

(1) *Cancellato*: dupl.

(2) *Nel ms.*: commo!

subicio pignori ut, nisi sic attendero, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis nostris que malueris et quantum hoc erit tibi accipias et facias estimari et possideas nomine vendicionis et cetera, .MCLXIII., .xxvii. die decembris, inductione .x.

MXVI.

Marchese Della Volta promette a Caffaro di restituire metà di una somma ai nipoti di esso (27 dicembre 1162).

Caffari et fratrum predicti Ansaldi].

* Testes predicti et die et loco eodem. Ego Marchio de Volta promitto tibi Caffaro sub pena dupli cum stipulacione quod, si contingit me aliquid recuperare de perperis ab Ansaldo nepote tuo apud Constantinopolim de predictis predicta estate, medietatem totius eius quod inde rehabuero reddam atque restituam fratribus supradicti Ansaldi nepotibus tuis, pro ipsa itaque pena bona mea tibi pignori subicio ut nisi ita observavero exinde sine decreto et cetera.

MXVII.

Ermellina, moglie di Enrico de Babalgi, vende a Martino De Mari due pezze di terra in Mortedo (29 dicembre 1162).

Martini de mari].

* Testes Petrus de Marino, Angelerius de Camilla, Obertus de Forti et Bencavalca. Nos Ermellina uxor Enrici de Babalgi, ipso presente et consentiente, et ego W. Gobus cepimus a te Martino de mari s. .xxiii. denariorum ianuensium finito precio pro duabus pecies terre que (1) sunt in Mortedo, uni quarum coheret superius via de costa, inferius terra Prefacii, ab uno latere terra filiorum Irriberti, ab alio tua alteri pecie, inferius via privata, superius terra Eufemie, ab uno latere terra filii Eriberti, ab altera terra Martini de mari, que ambe mihi Wuilielmo et sorori mee Domneselle laude fuerunt per consules placitorum contra Eufemiam. Medietatem ezo Wuilielmus vendo ut propria et medietatem ego Ermelina ut alienam, facias itaque inde tu et heredes tui aut cui dederitis quicquid volueritis proprietario nomine ex pleno et vacuo infra ipsas coherencias, ab omni homine deffendere promittimus ut propriam

(1) *Cancellato:* mihi.

sub pena dupli tibi cum stipulacione promissà, pro evictione pignori bona habita et habenda ut sine decreto et cetera. Ipsa Ermelina actoritate memorati viri sui Enrici presentis siquid iuris habet in parte filii eam remisit et in hoc casu pro eo quod pro filia vendit abrenunciavit senatus consulto Velleiani. Possessionem et dominium tibi dedimus. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxviii. die decembris, inductione .x.

Iuravit etiam ipse W. hanc vendicionem perpetuo se ratam habiturum et non retractaturum et quod tempore quo erit etatis inde faciet ei vel (1) nuncio eius caucionem in laude sui iudicis (2).

MXVIII.

Guglielmo Burone vende ad Angelerio di Camilla una terra (30 dicembre 1162).

Angelerii de Camilla].

Testes Bisacia, Ingo de Volta, Nuvelonus, Grimaldus et Bonus Iohannes Malfiaster. Ego Wuilielmus Buron cepi a te Angelerio de Camilla libras decem denariorum ianuensium finito precio pro toto eo quod habere visus sum in villa Transtri (3) cum exitibus suis, quod Germogius pro me tenere dignoscitur, quod totum plenum et vacuum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure tibi pro supradicto precio in integrum vendo et trado, faciendum inde a te et heredibus tuis aut cui dederis proprietario nomine quicquid volueritis sine omni nostra contradicione et heredum nostrorum et omnium personarum pro nobis. Si plus valet tibi dono, promitto ab omne homine defendere et actoricare tibi sub pena dupli sicut valuerit aut meliorata fuerit. Pro evicione pignori bona ut nisi sic exinde tua actoritate et sine decreto consulum intrare possis in bonis meis que volueris pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari facias et nomine vendicionis possideas. Possessionem et dominium predice vendicionis tibi me dedisse confiteor. Actum in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo tertio, .xxx. die decembris, inductione .x.

[*fo. 129 r.*].

MXIX.

Frammento di un testamento (.) (4).

(1) *Cancellato: h.*

(2) *Quanto precede per postilla a margine*

(3) *Cancellato: quod.*

(4) *Lacuna nel ms. Vedi quanto al riguardo è detto nella Introduzione.*

Philippum pupillariter substituo et si prius pubertatem decesserit ei similiter heres esto, nec tunc de bonis eius mater ei succedat ultra falcidiam. Tutelam et curam ipsius et rerum eius omnium specialem et singularem ac solitariam ipse frater meus Philippus habeat sicut ego habeo. Et res eorum mari et terra possit mittere laboratum, commodo et fortuna eorum, secundum quod sibi melius videbitur. Et si hoc meum testamentum aliqua fuerit solemnitate destitutum, vim saltim codicillorum obtineat, aut aliquius ultime voluntatis.

MXX.

Ribaldo Sarafie, Stabile, Boiamonte di Giovanni Cristiano e Tancleo Mariscotto stipulano una societas (28 gennaio 1163).

Ribaldi Seraphie, Stabilis, Boiamundi, Iohannis Christiani et Tanclei].

* Testes Ansaldus Cintracus, Bensevega ferrarius et Ribaldus qui stat cum Iohanne scriba. Societatem contraxerunt Ribaldus Seraphie et Stabilis cum Boniamunte Iohannis Christiani et (1) Tancleo Mariscoti, in quam ut mutuo sunt professi Ribaldus et Stabilis posuere libras centum sexaginta quatuor et isti duo Boniamuntis et Tancleus libras octuaginta duas. Hanc societatem Tancleus laboratum portare debet quo sibi melius videatur ad divisionem. ducto capitali, proficuum debent partiri per medium. Portat etiam ipse Tancleus eorumdem licentia libras quadraginta unam suas et ipsius Boniamuntis de quibus per libram est facturus expensas et lucrum pariter secuturus. Quartam vero proficui que inde predictam societatem contingere ipsi Ribaldus et Stabilis ei Tancleo donaverunt. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxviii. ianuarii inductione .x. Cartam prioris societas (2) que erat inter ipsos Ribaldus, Stabilis et Tancleus evacuaverunt. Professus ipse Tancleus est quod de predictis quadraginta et una libris et octuaginta duobus predictis due partes sunt ipsius Boniamundi et tercia sua et proficuum eorum inter eos est equa lance dividenda.

MXXI.

Giberto, banchiere, riconosce di dovere a Guglielmo Guercio una somma che promette di pagare al 1° agosto 1163 (28 gennaio 1163).

(1) Cancellato: Thoma.

(2) Sic nel ms.

Wuilielmi Guerci de Ponte].

Testes Nicola Roça, Oto de Murta, Ugo Belloculus, Bonus Vassallus de Medolico et Wuilielmus Rebellis. Ego Gibertus bancherius profiteor me (1) debere tibi Wuilielmo Guercio de ponte libras sexagintanovem per totum istum consulatum, quas per me vel meum missum stipulanti tibi me soluturum ita promitto aut antea, si pecieris, ad kalendas augusti. Solvam tibi nil residui remanente libras sexaginta quatuor et mediam penam dupli bona pignori, ut nisi exinde tua actoritate et sine decreto in solutum pro sorte et pena intrare et facere estimari, possidere nomine vendicionis. Actum in ecclesia Sancti Iohannis Baptiste, .MCLXIII., .XXVIII. die ianuarii (2), indictione .x.

MXXII.

Guglielmo Aradello, Bongiovanni Malfigliastro e Rainaldo Rundana contraggono una societas (8 febbraio 1163).

Wuilielmi Aradelli Boni Iohannis Malfiastri et Rainaldi Rundane].

* Testes Wuilielmus Calige Pallii, Aimericus, Cintracus, Adamonus et Baldo Rubeus guardatores. Societatem contraxerunt inter se Wuilielmus Aradellus, Bonus Iohannes Malfiaster et Rainaldus Rundana, in quam societatem Wuilielmus et Bonus Iohannes contulerunt libras sexcentas et Rainaldus Rundana libras trecentas, cuius societatis ipse Rainaldus maiorem partem laboratum transmisit, licentiam habens mittendi et portandi quo sibi melius videbitur ad proficuum civitatis et faciendi inde societatem aliis et accipiendi ab aliis ad eas in societatem. Ad divisionem, capitali tracto, proficuum debet partiri per medium, ita quod medietas sit Rainaldi et medietas predictorum Wuilielmi et Boni Iohannis. Actum in capitulo, .MCLXIII., octava februarii, indictione decima (3).

MXXIII.

Petraca e Gente, coniugi, vendono a Guglielmo Galigario una casa in Genova (29 febbraio 1163).

Wuilielmi Galegarii].

Testes Bonus Iohannes Malfiaster, Oto index de Reco, Bonus Vas-

(1) *Cancellato: cepisse.*

(2) *ianuarii in soprалinea su februarii cancellato.*

(3) *In margine il richiamo A in relazione al doc. n. MXXV che segue.*

sallus Salsa, Bonus Petrus de castro, Albertus de Amandoescio et Petrus papiensis. Nos Petracca et Gentis, iugales, cepimus a te Wuilielmo Galigario libras vigintiunam et soldos tres denariorum ianuensium finito precio pro domu una, terra et edificio que est in Clavica, habens coherencias ab anteriori viam publicam, retro tressendam, a superiori domum Otonis Boni de Nervi, ab inferiori domum Taclei Pensamal. Infra quas coherencias pro supradicto precio tibi vendimus supradictam domum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure, nulli alii venditam donatam vel obligatam, facias itaque inde tu et heredes tui aut cui dederis proprietario nomine quicquid volueritis sine nostra contradicione et heredum nostrorum et omnium pro nobis, stipulanti etiam tibi sub pena dupli promittimus non impedire, sed ab omni homine hanc vendicionem sicut valuerit aut meliorata fuerit legitime ab omni homine defendere, pro evictione dupla [fo. 129 v.] bona nostra habita et habenda tibi pignori obligamus, ut nisi adtenderimus ut supra deinde in bonis nostris que malueris intrare possis tua actoritate et sine decreto consulum pro sorte et pena et quantum id sit tibi accipias et estimari facias et nomine vendicionis possideas ac deinde facias quicquid volueris. Possessionem et dominium ipsius vendicionis tibi dedimus. Ego Gentis facio hoc consilio et actoritate propinquorum meorum Bonivassalli Salse et Alberti de Amandoescio propinquorum meorum abrenuncians in hoc casu iuri ypotecarum et senatus consulto Velleiani. Instrumentum emptionis ipsius domus quam predictus Petracca a Cesarea socra sua comperaverat eidem Wuilielmo dederunt ubi ipsa Cesarea eidem Wuilielmo dedit et remisit quicquid iuris in ipsa domu habet profitendo se cepisse ex precio supradicto libras quatuor quas adhuc inde erat ab ipso suo genero receptura. Actum in ecclesia Sancti Laurentii, millesimo centesimo sexagesimo tercio, .xviii. februarii, inductione .x.

MXXIV.

Otobono e Anselmo ricevono pellami da Angelerio di Camilla, per conciarli e venderli, ripartendone il guadagno (23 febbraio 1163).

Angelerii de Camilla].

* Testes Nubelotus, Bonus Johannes Malfiaster, Wuilielmus Iordani, Bonifacius de Burgheto et Enricus Rodoani. Nos Otobonus et Anselmus cordoanerii cepimus a te Angelerio beccunas sexcentas quinquaginta a te Angelerio de Camilla, constantes libras quinquaginta, quas affaccare debemus et vendere consilio tuo, per totum ma-

dium inde debes trahere capitalis, proficuum quod in eis dominus concesserit debemus partiri per medium facturi similiter et parti-
turi, si quid inde incommodi nasceretur. Actum in capitulo,
.MCLXIII., .xxiii. februarii, indictione .x.

MXXV.

Armanno di Prè fa donazione al figlio Ribaldo di tutti gli immobili che possiede in Gaglianico (15 febbraio 1163).

Ribaldi filii Armanni de Predii].

Testes Oliverius Septem voces, Rainaldus Rundana, Wuilielmus Rataldus et Baldeçon vicecomes. Ego Armannus de Predi dono tibi Ribaldo filio meo emancipato quicquid habeo in Gallanego plenum et vacuum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure et domum prope Sanctam Fidem quam emi ab Adalardo de Predi iuxta domum Amici Bovis et libras triginta mobilie inter quas sunt lb. .xv. quas habui de matre tuā. Hec habeas et possideas et inde quid velis facias proprietario nomine sine mea contradicione et meorum heredum, et omnium personarum pro nobis. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xv. februarii, indictione .x. (1).

MXXVI.

Giberto di San Giorgio dichiara di aver ricerato la dote della moglie Aidela (26 febbraio 1163).

Aidele uxoris Fermini].

Testes Rogeronus, Amicus Grillus, Baraterius, Arnaldus de Turta et Rainaldus Rundana. Ego Gibertus de Sancto Georgio confiteor me accepisse libras trigintaquinque mobilie de dotibus Aidele uxoris nepotis mei Fermini et eas me habere profiteor. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxvi. februarii, indictione .x.

MXXVII.

Ingone Della Volta promette ad Ardizzone Piccamiglio che il figlio Guglielmo ne sposerà la figlia (28 febbraio 1163).

Ardeçonis Picamilii].

Testes Obertus Spinula, Oto iudex, Enricus Picamilium, Wuiliel-

(1) In margine la postilla: supra ubi hoc A esse debuit. Il notaio nota che questo atto doveva seguire il doc. MXXII in cui a margine il richiamo A.

mus Malfiaoster, Ingo Nocentius, M. Cima maris, Oto Peçollus et Berardus Tachinus. Ego Ingo de Volta stipulanti tibi Ardeçon Picamilio promitto penam .ccc. librarum si aliquo casu nisi mortis impedimento contigerit quin filius Wuilielmi filii mei de quo collocutum nobiscum est iugetur filie tue de qua locutum est, aut, si coniugium illud aliqua alia causa remanserit, propterea bona mea tibi inde pignori obligo universa, in redditu memorati filii mei postquam ei concessero ex his tibi facere caucionem in bonis que ipsi concessi hec cartula sit omnino vacua. Actum in ecclesia Sancti Iohannis, .MCLXIII., ultima februarii, indictione .x.

MXXVIII.

Ardizzone Picamiglio promette a Ingone Della Volta che la sua figlia ne sposerà il figlio (28 febbraio 1163).

Ingonis de Volta].

* Dies, locus et testes hiidem. Ego Ardeçon Picamilium stipulanti tibi Ingoni de Volta promitto penam librarum trecentarum si aliquo casu nisi mortis impedimento contigerit quin filia mea de qua collocutum nobiscum est iugetur filio filii tui Wuilielmi de quo locutum est aut si coniugium illud aliqua alia causa remanserit, propterea bona mea tibi inde pignori obligo universa.

[*fo. 130 r.*].

MXXIX.

Stabile e Ansaldo Mariscot contraggono una societas per affari che il secondo farà a Bugia (17 marzo 1163).

Stabilis et Ansaldi Mariscoti].

* Testes Nicola Malfiaoster, Bonus Senior frater eius, Lambertus Canis et G. lucensis. Stabilis et Ansaldus Mariscot contraxerunt societatem in quam Stabilis lb. .c., Ansaldus lb. .l. Ultra lb. .xviii. Stabilis ad quartam proficui in societatem. Ansaldus Buçeam inde Iannuam, ad divisionem, tracto capitali, proficuum per librā et quaranta proficui .xviii. librarum conversa in proficuum societatis, capitali diducto, proficuum per medium. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xvii. marci, indictione .x.

MXXX.

Bongiovanni Malfigliastro fa quitanza ad Anselmo di Dandala di ogni accomandacio (17 marzo 1163).

Anselmi de Dandala].

Teste Sorleonus de castro, Petrus Eustachius, Wuilielmus Amorusius et Benedictus Arabie. Ego Bonus Iohannes Malfiaaster voco me solutum et quietum a te Anselmo de Dandala de omni accomandacione quam tibi feci hactenus. Actum in capitulo, millesimo .CLXIII., die predicta, indictione .x.

MXXXI.

Bosone figlio di Guisberto Porradi costituisce l'antefactum alla sposa Oliva figlia di Ansaldo di Oliva (28 marzo 1163).

Olive Ansaldi de Oliva].

Testes presbiter Ribaldus Sancti Petri de Arena, presbiter Petrus Sancti Stephani de Campo Florenciano, Petrus clericus, Ugo Belloculus, Petrus guardator. Ego Boso filius Guisberti Porradi de Gamundo pro precepto et actoritate ipsius presentis patris mei et Gentis matris mee dono Olive sponse mee filie Ansaldi de Oliva in meis et ipsorum habitis et habendis tantum quod bene valeat lb. .xii. denariorum ianuensium, ad habendum et tenendum pro more et consuetudine huius civitatis et de patrimonio eius profitemur nos ceppisse lb. .xx. Ego (1) Gentis, abrenuncians in hoc casu iuri ypothecarumi et senatus consulto, facio hoc consilio propinquorum meorum Tebaldi fabri et Oberti Durche Gamunde. Actum Ianue in pontili capituli, .MCLXIII., .v. kalendarum aprilis, indictione .x.

MXXXII.

Bernardo di Aspirano promette di pagare a Ingone Puella una somma alla Pentecoste del 1163 (29 marzo 1163).

Ingonis Puelle].

Testes W. Calige Pallii, Rainaldus Rundana, Wuilielmus Cavaturta et Obertus Suppa. Ego Bernardus de Aspirano profiteor me debere tibi Ingoni Puelle lb. .LXXXVII. denariorum ianuensium quas per me vel meum missum stipulanti tibi dare promitto usque .xv. dies post proximum festum pentecostes pro simplo bona mea pignori et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .iii. kalendarum aprilis, indictione .x.

(1) *Cancellato: abre.*

MXXXIII.

Rolando, advocatus, contrae un mutuo con Lanfranco Pevere (31 marzo 1163).

L. Piperis].

* Testes Rodoanus de Mauro, Wuilielmus Tornellus, Tancleus, Od-
donis, Oto Bellamuti, Nicola iudex, Conradus Rubeus. Ego Rolandus
advocatus cepi a te Lanfranco Pipere mutuo libras quinquaginta de-
nariorum ianuensium quos ab istis proximis kalendis aprilis que
eras erunt usque secundas venturas per me vel meum missum tibi
vel tuo misso reddam, sin autem penam dupli, bona pignori et spe-
cialiter furnum quem habeo prope domum tuam et cuius exinde tibi
trado possessionem, ut, nisi ita, deinde tua actoritate et sine decreto
estimari tibi facias furnum et, si in eo defecerit, ex aliis meis bonis
que maluerit (1) et hoc nomine vendicionis et cetera. Iuravit Sar-
dus iubente advocate in anima eius quod solucionem illam faciet ut
prelegitur et pro se iuravit quod si prius pater defecisset quod eam
ad terminum eundem faciet. Actum in pontili capituli, ultima mar-
tii, inductione .x.

[*fo. 130 v.*].

MXXXIV.

*Fulcone di Rivaria al figlio Bonfante emancipato fa donazione di
diversi beni (1º aprile 1163).*

Testes Bonfantis filii Fulconis de Rivara].

* Testes L. Piper, W. Ventus, Philippus de Lamberto, Obertus Can-
cellarius, Ugo de Baldeçone et Iacobus Guilie. Ego Fulco de Rivaria
concedo et dono tibi Bonfanti filio meo emancipato omne peculium
tuum et omne acquistum tuum et omne ius et actiones quod habeo
in bonis que habes vel possides et id etiam quod precio emana-
tionis essem habiturus in rebus tuis. Actum in pontili capituli,
.MCLXIII., prima aprilis, inductione .x.

MXXXV.

*Ribaldo del fu Opizone si impegna di stare al servizio del fratello
Oberto Clerico per quattro anni (7 aprile 1163).*

(1) Cancellato: usque a.

Oberti Clerici et Ribaldi fratris eius].

Testes Anselmus de Goticoni, Baldo bancherius, Iohannes de Persona et Manfredus Canavacius. Ego Ribaldus quondam Opiconis promitto tibi Oberto Clerico fratri meo stipulanti sub pena decem librarum quod ex nunc usque quadriennium (1) stabo ad servitium tuum et ad apotecam et ad ferias et mercaciones ad quas me volueris destinare et quod interea te aut servitium tuum non abandonabo et quod omnes res tuas aut tue societatis quas in potestatem habuero bona fide salvabo et promovebo ad commodum tuum et quod non defraudabo te per annum super duobus soldis, nec res quas in meam potestatem dimiseris tuas vel alterius a tuo commodo vel eius cuius sit et pro ipsa pena bona mea tibi pignori subicio et cetera. Iuro etiam, tactis sacrosanctis evangelii, ita per omnia observare bona fide, nisi quantum tua licentia remanserit aut duorum communalium amicorum, quos eligerimus si michi feceris que non debeam tollerare et non revellare penam. Ipse Obertus promisit ei stipulanti victum et vestitum convenienter interea et uxori ac filiis eius sub pena librarum decem et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .vii. aprilis, indictione .x.

XXXVI.

Guglielmo Papa dichiara di ricevere da donna Adalasia Donumdei una somma lasciata in legato dal marito a Bordelle sua figlia (10 aprile 1163).

Wuilielmi Buronis et S. Iohannis de Pavarano ac domine Adalasie].

* Testes Matheus Pignol, Martinus de mari, Petrus de Marino et Ansaldus Cebe. Ego Wuilielmus Papa profiteor cepisse a domina Adalasia Donumdei libras quinquaginta quas bone memorie vir eius adiudicavit Bordelle filie mee, pro quibus tibi Wuilielmo Buroni stipulanti sub pena dupli promitto quod inde per me vel aliam personam nullam inde requisitionem faciam aut inquietacionem movebo adversus (2) dominam Adalasiam Donadei aut ecclesiam Sancti Iohannis de Pavarano et quod, si inde à filia mea predicta vel aliquo pro ea vel pro me aut heredibus nostris inde ei aliquid evincetur, quod infra octo dies ei restituam. Propterea pignori tibi subicio quod habeo in Calegnano et Mortedo et, si ibi defecerit, cetera bona mea ut nisi sic exinde intrare possis in eis quibus volueris et quantum hoc fuerit tibi estimari facias et nomine vendicionis possideas et inde facias quicquid volueris, hoc autem tua actoritate

(1) *Cancellato*: servi.

(2) *Cancellato*: ipsam.

et sine decreto et cetera. Iuro insuper non molestare ut supra et restituere ut predictum est et si ad penam incidero non eam revelare vel contradicere. Actum in pontili capituli, millesimo centesimo sexagesimo tertio, .x. aprilis, inductione .x.

[*fo. 131 r.*].

XXXVII.

Ansaldo Cigala per il figlio Nicola si impegna sotto certe condizioni a non chiedere la restituzione dell'antefactum (13 aprile 1162).

Baraterii].

* Testes Amicus Grillus, Anxacus, Ugo Belloculus et Blancardus. Ansaldus Cigala obligavit se Baraterio pro antefacto nurus P. Capellani non querendo si usque sanctum Michaelem filius eius Nicola obierit aut inter eum et ipsa divorcium erit et penam ei stipulanti dupli promisit et bona subposuit pignori per omnia sicut prius fecerat Petro capellano usque pasca. Actum in ecclesia Sancte Marie de vineis, .MCLXIII., .xiii. aprilis, inductione .x.

XXXVIII.

Guidoto vende a Oberto di Lucca una casa in Genova (13 aprile 1162)

Oberti lucensis].

Testes Baldeçon Ususmaris, Amicus Grillus, Oto de Mediolano, Roger de Predi et Rainer guardator. Profiteor ego Guidotus ceppisse à te Oberto lucense lb. decem finito precio pro nona unius domus pro indiviso que est in burgo in qua ipse habitat, cui coheret ab anteriori via publica, retro tresenda, ab una parte domus Bonifacii Mortui siti, ab altera (1) que quondam Gandulfi lucensis, que domus fuit quondam patris mei Gandulfi lucensis. Pro supradicto precio tibi vendo nominatam porcionem terre et edificii cum omni iure suo faciendum inde a te et heredibus tuis aut cui dederis quicquid volueritis proprietario nomine sine mea contradictione et heredum meorum et omnium pro me, stipulanti ego tibi sub pena dupli sicut ipsa valuerit aut meliorata fuerit promitto me hanc vendicionem nunquam impediturum immo ab omni homine deffensurum tibi et heredibus tuis aut cui dederitis. Pro evictione dupli bona mea habita et habenda pignori tibi subicio ut, nisi sic observa-

(1) ab altera.... lucensis *per postilla in margine. Cancellato nel testo: que predicta.*

vero, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis propterea in bonis meis que malueris et quantum id fuerit tibi accipias et estimari facias ac nomine vendicionis possideas et inde agas quid velis. Possessionem et dominium tibi tradidi. Actum in ecclesia Sancte Marie de vineis, .xiii. aprilis, inductione .x.

MXXXIX.

Guglielmo di Aspirano si obbliga di pagare ad Oberto Avundano una somma alla prossima festa di S. Michele (16 aprile 1162).

Oberti Abundantis].

Testes Blanckardus, Bernardus de Aspirano, Bernārdus Fulcher et Sorleonus cognatus Wuilielmi de Papia. Profiteor ego Wuilielmus de Aspirano debere tibi Oberto Avundano denariorum ianuensium libras quinquaginta sex, quas stipulanti tibi sub pena dupli me soluturum promitto ad proximum festum beati Michælis, dum tamen eas accipias consilio et actoritate Blanckardi et Bernardi Fulcherii, pro ipsa pena bona pignori intrare et cetera, absque decreto et facere estimari. Ibidem coram eisdem testibus professus est ipse Ober-tus prefatum Wuilielmum de Aspirano solvisse sibi alias librâs quinquaginta tres quas ei debebat, que libre numerate fuerunt in dotes sue sororis. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xvi. aprilis, inductione .x.

MXL.

Filippo Bucalfurni vende un podere a Pietro di Marino (19 aprile 1163).

Petri de Marino].

* Testes Robainus, Baldo bancherius, Oliverius de mari, Mussus de Saraga. Ego Philippus Bucalfurni cepi a te P. de Marino s. .xii. denariorum ianuensium finito precio pro toto eo quod habeo in Finmerri pleno et vacuo. Si plus dono. Duffendere sub pena dupli cum stipulacionem, pro evictione bona pignori et cetera. Possessionem et dominium dedi. Actum in capitulo, .xviii. aprilis, inductione .x.

[*fo. 131 v.*].

MXLI.

Marino di Lavagna contrae un mutuo con Vassallo Vescica (23 aprile 1162).

Vassalli Vexice].

Testes Martinus de mari, Ansaldus Golias, Iohannes Ansaldo et Obertus de Amandolescio ac Iohannes Geboinus. Ego Marinus de Lavania cepi mutuo a te Vassallo Vexica lb. .iii. denariorum ianuensium pro quibus stipulanti tibi sub pena dupli dare promitto messemutinos .xx. apud Buçeam sana eunte illuc navi Laagii qua ambo proficiscimur infra .xv. dies postquam illuc pervenerimus et si prius repatriare volueris infra triduum ante mocionem tuam. Pro sorte et pena bona pignori ut nisi sic intrare et sine decreto et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxiii. aprilis, indictione .x.

MXLII.

*Bombello Alderie e Virdelia, coniugi, vendono una casa in Genova
a Guglielmo di Albaro (26 aprile 1163).*

Wuilielmi de Albario].

Testes W. Trallandus, Lanfrancus Grancius, Fulco Buferius, Paladinus, Evrardus Censarius et Gandulfus Beliarde. Nos Bombellus Alderie et Virdelia quandam Pugneti iugales profitemur cepisse a te Wuilielmo de Albaro libras undecim denariorum ianuensium finito precio pro domu unà iuris nostre, terra et edificio que est iuxta domum tuam, cui ab inferiori domus Donati Scarpe, retro terra Wuilielmi de Monlaus, ab anteriori via publica. Infra ipsas coherencias hanc domum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure pro supradicto precio tibi vendimus, stipulanti tibi sub pena dupli sicut valuerit aut meliorata fuerit, promittentes quisque pro toto quod hac venditione non impediemus tibi vel heredibus tuis immo quod ab omni homine legitime deffendemus. Pro evictione dupli quisque pro toto tibi subicimus pignori bona nostra habita et habenda ut, nisi sic observaverimus, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis propterea in bonis nostris vel cuiuslibet nostrum que malueris et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari facias et possideas nomine vendicionis. Ego Verdelia facio hoc consilio propinquorum meorum Paladini et Gandolfi Beliarde, abrenuncians iuri hypothecarum et senatus consulto Velleiani. Professa est etiam se esse (1) .xxv. annorum, sed ad omnem ambiguitatem removendam iuravit super anima eius ea iubente Nicola frater supradicti Bombelli quod hanc venditionem omni tempore firmam et ratam et habebit et nunquam per se vel aliquam personam infrin-

(1) esse in sopravincula su habere cancellato

get aut cassabit vel conturbabit. Possessionem et dominium predi-
cte domus ei dedisse professi sunt. Actum Ianue in domo ipsorum
venditorum, .MCLXIII., .xxvi. aprilis, indictione .x.

MXLIII.

*Merlone Guaraco concede in ensiteusi un terreno a Rogerio Paverio
per ventinove anni* (26 aprile 1163).

Rogerii de Paverio et Merlonis Guarachi].

Testes Donatus de Sancto Donato, Oto Pancia et Homodeus guar-
dator. Merlo Guaracus locavit Rogerio de Paverio conduceuti enphi-
teotico iure usque ad annos .xxviii. quicquid habet ipse Merlo in
Paverio quod ei pervenit a filiis quondam Ogerii Baltuadi pro s.
.viii. ad nativitatem Domini ei annuatim solvendis. Merlo sub
pena centum solidorum non auferre interea ei vel heredibus eius et
deffendere, Roger sub pena simili non dimittere interea non pe-
iorare sed meliorare et sic solvere, unus alter bona pignori pro ipsa
pena sibi invicem subiecerunt et cetera. Possessionem ei dedisse pro-
fessus est. Est pro locacione predicta (1). Actum in capitulo,
.MCLXIII., .xxvi. aprilis, indictione .x.

[*fo. 132 r.*].

MXLIV.

*Blancardo e Pietro de Novo Castello stipulano una società per una
bottega in Genova* (28 aprile 1163).

Blancardi et Petri de Novo Castello].

* Testes Capharus de Caschifalone, Wuilielmus Guiscardi, Sorle-
nus de ponte, Baldo Rubeus guardator et Durandus de Blancaria.
Societatem contraxerunt Blancardus et Petrus de Novo Castello (2)
in qua Blancardus contulit lb. .xxxx. et ipse Petrus libras decem.
Cum quibus quinquaginta libris ipse Petrus Ianue laborare et mer-
cari debet in apotheca et inde lucro quod in eis Dominus dederit
pro pensione domus et suis expensis percipere debet annuatim lb.
.vii. minus s. .v. et, capitali utriusque diducto, ad divisionem pro-
ficuum ipsius societatis et totius quod ipse Petrus pro persona lucrata
tus aliquo modo fuerit divisuri per medium sunt. Si vero per mare
inde miserit aut portaverit quod esse non debet sine licencia ipsius
Blancardi, de proficuo quod inde lucrabitur quartam habere debet,

(1) est pro locacione predicta *in forma di postilla*.

(2) *Cancellato*: nov.

remanente sibi parte proficui pro ratione suarum decem librarum de quanto ex eis fuerit in ipso transmisso. Aremborga uxor eius consilio vicinorum suorum Sorleonis et Durandi iuravit quod res omnes que de ipsa societate aut aliis rebus ipsius Blancardi vel suorum sociorum venerint in (1) domum suam aut de quibus potestatem habuerit quod eas bona fide salvabit et non faciet inde fraude ultra s. .v. per annum et quod, quicquid accidat de rebus viri sui aut suis, res ipsius Blancardi vel suorum sociorum nulla occasione impedit aut diminuet. Iuravit et ipse Petrus predictam societatem bona fide salvare et promovere secundum tenorem fide societatis et salvare similiter omnes res ipsius Blancardi aut sociorum eius que in potestatem habuerit et non fraudare per annum ultra s. .x. sed fideliter ei restituere et sociis eius quod in suam potestatem posuerint, nisi quantum eius licentia remanserit. Actum in pontili capituli, .MCLXIII., .xxviii. aprilis, indictione .x.

MXLV.

Martino figlio del fu Buon Giovanni Russo riceve la dote della moglie Alvise figlia di Opizone di Chiavari alla quale dà l'antefactum (30 aprile 1163).

Aluisis filie Opiçonis de Clavari].

Testes Obertus Clericus, Cintracus, Wuilielmus de vicecomite, Ansaldus Pecollus, Wuilielmus fornarius et Picardus. Ego Martinus filius quondam Boni Iohannis Russi de Masena accepisse profiteor de dotibus uxoris mee Alvisis filie Opiçonis de Clavari libras octo denariorum ianuensium et de tot me voco quietum et do ei nomine antefacti tantum quod bene valeat lb. .viii. denariorum ianuensium ad habendum et tenendum nomine antefacti pro more et consuetudine civitatis Ianue. Actum in pontili capituli, .MCLXIII., ultima aprilis, indictione .x.

MXLVI.

Alberto stipula una societas con Guglielmo arciprete (1 maggio 1163).

Archipresbiteri Wuilielmi].

* Testes Blancus scriba domini archiepiscopi, Marinus canevarius et Benda. Ego Albertus cepi a te archipresbitero Wuilielmo libras

(1) *Cancellato*: posses.

viginti in societatem ad quas decem libras posui, cum his laboratum ire deboe quo melius michi videbitur, ad divisionem, capitali diducto, proficuum per medium. Actum in caneva (1) domini archiescopi, .MCLXIII. prima madii, inductione .x. De sorore mea Orcocta porto lb. .xii. in commendacionem, quas cum omni proficuo quod in eis Dominus dederit ei restituere deboe.

[*fo. 132 v.*].

MXLVII.

Ogerio Vento fa il suo testamento (11 maggio 1163).

Testamentum Ogerii Venti].

Testes Wuilielmus Ventus, Philippus de Lamberto, Rodoanus de Mauro, Obertus Peçudus, Enricus Aurie, Ido Picius, Merlo Guaracus et Wuilielmus filius Wuilielmi Venti. Ego Ogerius Ventus, testamentum faciens corpus meum voveo sepelliendum apud ecclesiam Sancti Petri de Mesenia. Pro anima mea iudico libras centum, e quibus ecclesie Sancti Georgii iudico libras quinque, Drude cognate mee lb. .x., Gisle servienti mee presentis temporis s. .xx., Rufinetos .xx., ex reliquo exequie funeris et missarum sollempnia et monumenti expense fiant et residuum detur in terra que ipsi ecclesie debeat perpetuo deservire, vel si filii mei voluerint mobiliam retinere, de terra mea de Vulturi vel Arençano ei tantumdem dent in laude estimatorum. Hoc tamen statuo quod, si Rebotus de rebus meis quas habet laboratum habuerit de usura tot bisancios vel alias res que sic accepte lb. .lxx. valeant vel minus, ipse computentur in predictis centum libris, quas iudico pro anima mea et lb. .x. ex eis addantur supradicte cognate mee et reliquum reddatur et quod plus erit. Quod si reddi non poterit ad datores eius prout salubrius disponi poterit ad salutem anime mee secundum provisionem fratris mei Wuilielmi Ogerii et Petri filiorum meorum et cognati mei Ansaldi et Oberti generi mei per terminos secundum quod commode providerint, prefata cognata mea non amittente legatum superius. De uxore quondam mea matre Ogerii et Petri filiorum meorum habui lb. .cc. in terra de quibus inter pro anima eius et alia pro ea expendi lb. .lxxvii., residuas lb. .cxxiii. ipsi prehabeant a fratre suo et sint inde contenti. De uxore mea Alda habui lb. .cxxxi. et lb. .xxxvii. in loco nostro inferiori de Albario et ei dedi lb. .c. pro antefacto, quas ipsa nunc post mortem ad comune omnium filiorum meorum annuit reversuras. Sed, si aliquo modo acciderit ut

(1) *Cancellato*: camera.

nisi ita revertantur, Ogerius et Petrus filii mei quisque tantumdem precipiat de bonis meis a fratre suo Simoneto. De uxore filii mei Ogerii habui lb. .ccl., ex quibus ipse Ogerius habet lb. .ccxii. minus s. .viii. Ex bonis meis habeat complementum usque in quantitatem prefixam et proficuum quod inde nactus est suum sit et quicquid inde accidat sit inde contentus quod nullam repetitionem propterea facere possit adversus fratres suos, quod, si fecerit et inde aliquid obtinuerit, tantumdem quisque reliquorum filiorum meorum ab eo precipiat ad divisionem. De uxore Petri filii mei habui mobilie lb. .lxxxv., has habeat ipse filius meus Petrus condicione predicta Ogerii, quod et partem suam mobilie habeat et inde sibi mari et terra provideat secundum quod melius sibi videbitur commodo et fortuna sua, ita ut quicquid inde contingat adversus fratres nil dicere aut agere possit vel eius occasione. Si uxor mea Alda voluerit absque viro manere cum filio meo Simoneto, stet cum eo in domu mea et habeat predictum patrimonium suum et usufructuet hoc quod habeo in Albario inferiori quod fuit patris eius et annuatim habeat de pensionibus meis lb. .xx. quandiu sic steterit et pecunia Simoneti laboratum portetur mari et terra ad resicum et fortunam eius consilio fratris et filiorum meorum Ogerii et Petri et cognati mei Ansaldi et generi mei Oberti. Ex reliquis bonis meis omnes filios meos michi heredes instituo ex equis porcionibus et si quis eorum absque herede decesserit superstes aut supertites (1) [fo. 133 r.] ei succedant quocumque tempore moriatur ita tamen quod domus habitacionis mee masculinis heredibus meis et filiorum ac nepotum et pronepotum (2) meorum semper remanere debat in suam partem hereditatis, racionatam in partem eius si cum muliere divisorint ad minus lb. .cc. iusto precio. Ogerium etiam et Petrum Simoneto substituo pupilariter. Filiam vero meam Mariam michi heredem instituo ex his que sibi in dotem contuli et ex lb. .xxv. quas ei filii mei dent in mobilia vel terra quam maluerint dare et sit inde contenta (3). Pars mobilie Simoneti veniat in potestatem Wuilielmi fratris mei et laboratum portetur mari et terra consilio fratrum eius et cognati mei Ansaldi et, si unus predictorum provisorum ab altero dissentiret, nichilominus secundum quod sibi melius videbitur alii agant et, si vellet frater meus quod mea mobilia sue immisceretur, secundum quod erit ipsa summam mare teraque sorciatur secundum suam commodo et fortuna Simoneti. De

(1) La intera pagina contenente il testamento di Ogerio Vento è cancellata con la parola: OGE.

(2) Sic nel ms.

(3) Cancellato: Si Alda.

mobilia Maurini habeo lb. .xxv. Omnes servos et ancillas meas post mortem meam liberas statuo absque peculio tamen quod nulli trado libertati. Si Alda uxor mea adversus meos heredes moverit litem de lb. .LXX. de quibus Philippus de Lamberto michi erat obligatus de dotibus eius quas non habui et de quibus ipsa ei refutacionem fecit, si quod inde evicerit, in eis computetur id quod sibi adiecit. Addo enim lb. .XXXIII. ad complementum .cc. librarum quas volo habeat pro patrimonio suo et, si hoc meum testamentum aut hec mea ultima voluntas aliqua iuris sollempnitate fuerit destituta, vim saltim codicillorum obtineat aut alicuius ultime voluntatis. Actum in domo ipsius testatoris, millesimo centesimo sexagesimo tertio, .xi. madii, inductione .x. (1).

MXLVIII.

Alda, moglie di Ogerio Vento, dichiara a Filippo di Lamberto di rinunciare ad ogni pretesa sulla dote da questi promessa (11 maggio 1163).

Testes Philippi de Lamberto].

* Loco die et testibus supradictis. Ego Alda facio finem et refutationem vobis Philippo de Lamberto de lb. .LXX. e quibus obligatus eratis pro dotibus meis, confiteor etiam quod eas nunquam habuistis stipulanti itaque vobis promitto quod inde nunquam amplius movebo litem aut controversiam adversus vos, vel heredes vestros aut adversus virum meum vel heredes eius.

MIL.

Giordano Bucca vende a Streiaporco una casa in Genova (13 maggio 1163).

Testes Streiaporci].

Testes Rodoanus de Mauro, Philippus de Lamberto, Oliverius Nivetella, Bonus Vassallus Nivetella, Bonus Vassallus Salsa, Aimericus cognatus Iohannis scribe, Lanfrancus de Reco et Iordanus Salsà. Ego Iordanus Bucca cepi a te Streiaporco libras septuaginta finito precio pro domu una in platea longa, cui retro et ab inferiori domus Oliverii, ab interiori via publica, a superiori domus Paxanasceri cum medietate muri inferioris et toto muro superiori, non impedire, ab omni homine deffendere sub pena dupli sicut valuerit aut meliorata fuerit stipulanti, pro evictione bona pignori habita

(1) L'atto anche nel foglio 133 r. è cancellato colla parola: O.G.E.

et habenda ut, nisi sic, exinde tua actoritate et sine decreto in bonis meis que malueris pro sorte et pena intrare possis et quantum hoc tibi estimari facias et nomine vendicionis possideas et inde quid velis facias sine decreto et cetera. Possessionem et dominium ipsius vendicionis tibi dedi. Iuro etiam non impedire sed ab omni homine defendere et si quod inde evictum fuerit sumpta inde omnia infra mensem tibi vel tuo nuncio reddam. Preterea Bonifacius et Rainaldus ac Wuilelmus eius filii iuraverunt tactis sacrosanctis evangeliis quod hanc vendicionem omni tempore firmam et ratam habebunt, nec contra eam ibunt et quod, si evicta ei [fo. 133 v.] (1) fuerit, quod sumpta inde suprascriptam portionem suam quisque ei infra mensem restituet et quod tempore quo etatis erunt inde ei cum uxoribus suis si eas habuerint cartam faciet et caucionem prestabunt in laude sui iudicis quodque non dederunt nec dabunt scienter occasionem per quod non possint id perfecte suplere. In Sancto Donato, .MCLXIII., .xii. madii, indictione .x.

ML.

Streiaporco riconosce di tenere merci di Giordano Bucca per libre sessanta e si obbliga per tutto il tempo che le terrà di pagargli cinque libre all'anno (13 maggio 1163).

Iordanī Bucce] (2).

* Testes Philippus de Lamberto, Rodoanus de Maure, Oliver Nivettella, Bonusvassallus Salsa, Bonifacius de Mauro, Lambertus Philippī, Iordanus Salsā et Lanfrancus de Reco. Ego Streiaporcus profiteor me habere de rebus vestris Iordane Bucca lb. .lx. denariorum, de quibus quandiu eas tenuero annuatim lb. .v. vobis vel vestro misso dabo, si manulevatorem inde michi dederitis quod michi complaceat vel si non tenere eas debedo cum aliis et si quando secundum beneplacitum meum michi dederitis hominem quod in laude mei iudicis inde michi faciat caucionem de venditione quam faci(o) e domu vestra et quod tempore quo etatis erunt filii vestri quod inde michi faciet caucionem ut supra predictas lb. .lx. et quod de proficuo interea tenuero reddam vel (3) quod quando cumque filii vestri michi caucionem illam fecerint quam promise runt michi quod secundum numerum eorum partem ipsius pecunie, tibi solvam ut predictum est. Actum in ecclesia Sancti Donati, .MCLXIII., .xiii. madii, indictione .x.

(1) L'atto è cancellato nel fo. 133 r. colla parola: OTOBONUS.

(2) In margine la postilla: delenda pro omnibus preterquam pro minori.

(3) vel in sopralinea su et cancellato.

MLI.

Arnaldo Della Porta si obbliga di pagare a Pietro Marino una somma entro il prossimo agosto (15 maggio 1163).

Petri de Marino et Arnaldi de Porta].

* Testes Ingo affactator, Martinus de Calcia, Obertus Guaragnum, Ansaldus Larabia, Picardus et Fulco Rex. Ego Arnaldus de porto promitto stipulanti tibi Petro de Marino sub pena dupli quod tibi vel tuo nuncio per me vel meum nuncium solvam lb. .xxxx. denariorum ianuensium per totum augustum, bona pignori et cetera et ego Petrus stipulanti tibi Arnaldo promitto sub pena dupli quod expediem Embriacum a comuni de .viii. centenaria piperis, bona pignori et cetera. Actum corum capitulo, .MCLXIII., .xv. madii, indictione .x.

MLII.

Guglielmo Fornari dichiara di aver ricevuta la dote della moglie Isabella (18 maggio 1163).

Isabelle Fornarii].

* Testes Wuilielmus Alfachinus, Façabonum, Baldo de Comitissa et Wuilielmus Maniamurta. Ego Wuilielmus Fornarius profiteor me habuisse de dotibus tuis uxor mea Isabella libras vigintiquinque et quod tibi nomine antefacti dedi ad habendum et tenendum pro more et consuetudine huius civitatis in bonis que habeo et habiturus sum lb. .xxv. Quia vero instrumentum quod inde tibi feceram amisisti hoc tibi vice illius reficio, sicut tibi iuramento tenerbar. Actum in domo habitacionis eorumdem iugalium, .MCLXIII., .xviii. madii, indictione .x.

MLIII.

Bernardo Dalmasio si obbliga di pagare a Safrano al 24 giugno prossimo il prezzo di merce da lui acquistata (22 maggio 1163).

Safrani].

Testes Petrus de Marino, Wuilielmotus ceresarius, Buronus platee longe, Wuilielmus Calige Pallii et Bondriccus. Ego Bernardus Dalmasium cepi saccos bombacis cantara .m. et rotulos .x. a te Safrano, de quo stipulanti tibi dare promitto usque sanctum Io-

hannem lb. .viii. et s. vi., penam dupli, bona pignori, ut nisi sic exinde intrare et tua actoritate accipere et facere estimari ac nomine vendicionis possidere. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxii. madii, inductione .x.

MLIV.

Rolando Ciglio bianco affitta la sua casa a Oberto Chierico (22 maggio 1163).

Oberti Clerici et Rolandi Cilii Blanci].

* Testes Iofredus medicus et Petrus de Calcia. Rolandus Cilium blancum locavit Oberto Clerico domum suam de mari cum omni suo iure inferius et superius pro s. .LXXXV. annuatim dandis, terciam ad quaternos menses et debet eam ita preparare ut sit habitabilis ei et de tecto et clausura et emundatura cloace, utrinque de his observandis sibi mutuo sub stipulacione penam centum solidorum (1) promiserunt et bona pignori subiecerunt, [fo. 134 r.] ut, nisi sic, exinde absque decreto et sine contradictione intrare et facere estimari et cetera. Actum in capitulo millesimo centesimo, .LXIII. .xxiii. madii, inductione .x.

MLV.

Andrea figlio del fu Cavarunchi dichiara di aver avuta la dote di Adalasia figlia di Oberto Calige Pallii, sua moglie, alla quale costituisce l'antefactum (22 maggio 1163).

Adalasie filie Calige Pallii].

Testes Bernardus de Aspirano, Rainaldus Rundana, Ansaldus de Montecello, Wuilielmus Conte, Bonifacius Gambalixa et Iohannes Nigrapelle. Ego Andreas filius quondam Cavarunchi voco me quietum et solutum e dotibus Adalasie filie Oberti Calige Pallii uxoris mee et lb. .xxv. ei dono nomine antefacti habendas et tenendas pro more et consuetudine civitatis Ianue. Actum in capitulo, penultima madii, .MCLXIII., inductione .x.

MLVI.

Guglielmo Tornello si obbliga verso Corrado Botario e Ogerio Collo di accettare il lodo arbitrale di una controversia tra la propria nuora e gli eredi del fu Ferloto (1 giugno 1163).

(1) *Cancellato*: dupli.

Conradi Botarii et Ogerii Colli ac Wuilielmi Tornelli].

Testes Rainaldus Rundana, Wuilielmus de Volta, Nuvelon, Martinus de mari et Solimanus Karatus. Wuilielmus Tornellus promitto vobis Conrado Botario, Ogerio Collo sub pena .cc. librarum me facturum quod nurus et filius meus omni tempore firmum et ratum habebunt quicquid vos Amicus Grillus, Ido de Cita sententia vel accordio quod presenciamus laudaveritis vel statueritis de controversia que est inter ipsam meam nurum et heredes quondam Ferloti et pro ipsa pena omnia mea bona pignori vobis subicio ut nisi ita attendero exinde vestra actoritate et sine decreto intrare possitis in bonis meis que malueritis pro ipsa pena et quantum id sit vestra actoritate accipiatis et vobis estimari faciatis ac inde faciatis quicquid volueritis. Postquam vero actoritate consulatus id ipsum firmari fecero, absolutus sim ab huiusmodi obligacione aut postquam etatis erunt filius et nurus mea et de huius ratihabitione sufficientem cautionem in laude vestri iudicis aut facere voluerint, sim inde similiter absolutus. Actum in capitulo, .MCLXIII., prima iunii, inductione .x.

MLVII.

Ogerio di Galiana si obbliga di pagare colla fideiussione di Ogerio Vento al 24 giugno 1163 una somma della dote della sorella Maina a Ingone de Turri, suo marito (1 giugno 1163).

Ingonis de Turri].

Testes Rainaldus Rundana, Wuilielmus Calige Pallii et Gandulfus de Bulgaro. Ego Ogerius Galiane do tibi Ingoni de Turri cognato meo pro comuni nostre domus de dotibus uxoris tue Maine sororis mee lb. .xviii. quas recepturus sum de redditu Sancti Egidii ad (1) festum proximum Sancti Iohannis ut eas habeas et tuo nomine requiras sine mea contradicione et omnium pro me. Ego Ogerius Ventus constituo inde me tibi proprium et principalem debitorem, ita quod si ipsas non habueris, quod deinde usque natale proximum solvam tibi lb. .xviii. ianuensium denariorum. Penam dupli tibi stipulanti promitto, bona pignori, ut, nisi ita, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis meis que malueris pro sorte et pena et quantum id fuerit tibi accipias et facias estimari ac possideas nomine vendicionis. Actum in capitulo, .MCLXIII. prima iunii, inductione .x.

(1) *Cancellato: Sanctum.*

MLVIII.

Ogerio di Galiana si obbliga verso Ogerio Vento a rimborsarlo dell'eventuale pagamento che facesse in forza del doc. MLVII entro un mese (1 giugno 1163).

Ogerii Venti].

* Eadem et cum eisdem testibus. Ego Ogerius Galiane promitto tibi Ogerio Vento stipulanti infra mensem restaurare et reddere si quid dampni propterea passus fueris vel si quam inde solucionem feceris.

MLIX.

Ingone De Turri fa quietanza della dote della moglie Maina al fratello di essa Ogerio di Galiana (1 giugno 1163).

Maine sororis Ogerii de Galliano].

* Testes P. de marino, Rainaldus Rundana et Oliverius de insula. Ego Ingo de Turri voco me quietum et solutum de lb. .xxviii. et s. .viii. de dotibus uxoris mee Maine sororis tue Ogerii de Galiana.

[*fo. 134 v.*].

MLX.

Bongiovanni Malfigliastro e Primo Berfoglio si obbligano di pagare in Montpellier ad Ingone Della Volta una somma a saldo di ogni rapporto commerciale avuto oltremare con esso ed altri (9 giugno 1163).

Ingonis de Volta].

* Testes Oto iudex, Petrus Capra, Ogerius scriba, Wuilielmus Quartanus et Bonus Iohannes. Nos Bonus Iohannes Malfiaster et Primus Berfogium promittimus vobis Ingoni de Volta stipulanti pro vobis et Simone quondam Alberti de Villano et sorore eius quod pro fine, remissione, transactione et donacione quam nobis facitis de omni societate, accomodacione, deposito, mandato et obli- cione, quam Buronus Villani habuit in itinere quod holim fecit ultramare cum Alberto de Villano in navi qua ivit Wuilielmus Embriacus aut deinceps quod dabimus vobis vel vestro nuncio per nos aut nostrum nuncium in Montepesulano infra .xv. dies post quam illuc assignaveritis nuncium vestrum tot mirgorenses que valebunt lb. .cxvi. iānuensium ad banchum illius terre et a sancto Iohanne usque ànum lb. .lxxv. iānuensium quisque pro medietate. Penam dupli, bona pignori, intrare et cetera et sine decreto et facere esti-

mari ac nomine vendicionis possidere, abrenunciantes omni iuri et consuetudini qua pro extraneo ista promittimus nos possemus tueri aut ullomodo excusare non dimissuri pro aliquo interdicto quin ita expleamus. Actum in domo Ingonis de Volta .viii. iunii, inductione .x.

MLXI.

Ingone Della Volta fa quietanza a Bongiovanni Malfigliastro e Primo Berfogii di tutto quanto essi, anche per conto di altri, gli dovevano per ogni rapporto commerciale (9 giugno 1163).

Buronis de Villano].

* Testes predicti et eadem die et eodem loco. Ego Ingo Volte confiteor cepisse a vobis Bono Iohanne Malfigliastro et Primo Berfogii lb. .CLXXXI. pro qua ex parte mea (1) et filie quondam Alberti de Villano et ego Simon quondam Alberti de Villano ex parte mea facio Buroni Villani per vos ad hoc nuncios suos finem, refutacionem transactionem, remissionem et donacionem de omni societate, accomodacione, deposito vel mandato, aut obligacione qua obligatus fuit ipsi Alberto de Villano a principio obligacionis quam in itinere quod ultramare fecit in navi qua W. Embriacus transfetavit, vel deinceps obligatus fuit aliquo modo Alberto de Villano et promittimus stipulantibus vobis quod inde per nos vel heredes nostros aut sororem ipsius Simonis nullam litem vel molestiam aut inquietudinem movebimus adversus eum vel heredes eius et, si quis nostrum vel pro nobis moverit, penam supradicte quantitatis tibi Bono Iohannis Malfigliastro promittimus, quisque pro se et ego Ingo pro toto et pro ipsa pena bona nostra tibi pignori obligamus. Et promitto ego Ingo quod ea occasione qua pro minoribus me obligo (2) vel ulla alia causa quod hoc facio non electo eis tutore vel curatore contra istam promissionem non ibo, ita tamen quod post quam Simonetus etatis fuerit et quantum pro se ex his Buroni vel eius nuncio caucionem fecerit in laude sui iudicis, aut si ei infra annum postea dum Ianue sit caucionem illam prestare parato non requiretur ab ipso Burone vel eius nuncio, vel Primo, aut Nicola Berfoglio, sive Bono Iohanne Malfigliastro, dum aliquis eorum sit Ianue, inde amplius ex parte eius non teneat. Et ego Simon iuro non ire contra et quod omni tempore firmam et stabilem habebo omnem finem, refutacionem, transactionem, remissionem et donacionem predictam et quod eo tempore quo etatis ero inde ei vel eius nuncio cartam faciam in laude sui iudicis.

(1) Cancellato col dito: et eq.

(2) Cancellato: et nec.

[*fo. 135 r.*].

MLXII.

Frammento di un atto di vendita (4 luglio 1163) (1).

tibi vendo pro supradicto precio faciendum inde a te et heredibus tuis aut cui dederis proprietario nomine quicquid volueris sine mea contradicione et meorum heredum et omnium pro nobis. Non impedire set ab omni homine legitime defendere promitto stipulanti tibi sub pena dupli per me meosque heredes. Pro evicione dupla bona mea habita et habenda tibi pignori subicio ut, nisi ut supra attendero, exinde pro sorte et pena intrare possis in bonis meis que volueris et quantum hoc fuerit tibi inde accipias et estimare facias ac nomine vendicionis possideas; hoc autem tua auctoritate et absque decreto et sine mea contradicione et omnium per me. Possessionem et dominium predicte vendicionis tibi dedi. Actum in capitulo, .MCLXIII., indictione .x., .iii. iulii.

MLXIII.

Andrea figlio del fu Cavarunchi riceve la dote della moglie Adalasia dal padre di essa Oberto Calige Pallii e le costituisce l'antefactum (6 luglio 1163).

Adalasie Calige Pallii].

Testes Aimericus cognatus Iohannis scribe, Rainaldus Rundana, Baldo Scarsus, Lanfrancus Fregabennu et Petrus caravellator. Ego Andreas filius quondam Cavarunchi voco me quietum et solutum a te Oberto Calige Pallii de dotibus uxoris mee filie tue Adalasie de libris vigintiquinque denariorum ianuensium et ei do nomine antefacti in bonis que habeo et habiturus sum tantum quod bene valeat lb. .xxv. denariorum ianuensium habendas et tenendas pro more et consuetudine civitatis Ianue in eis que malueris. Actum in capitulo, .MCLXIII., .vi. iulii, indictione .x. (2).

MLXIV.

Solimano fa quietanza ad Ansaldo Mallone di una somma della dote della propria figlia (11 luglio 1163).

(1) Lacuna nel ms. Vedi quanto esposto ampliamente a questo riguardo nell'Introduzione.

(2) L'atto è cancellato colle parole: OGE.

Ansaldi Mallonis].

* Testes Elionus, Poncius bancher, W. Adriccus, Capellus, Oto Mallon. Ego Solimanus profiteor me quietum de lb. .CLXXXII $\frac{1}{2}$. minus decemseptem rotulos bombicis de dotibus filie mee, quas Ansaldus Mallon reddidit. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xi. iulii, inductione .x.

MLXV.

*Embrono si obbliga a pagare ad Elia una somma al 24 giugno 1164
(16 luglio 1163).*

Elie].

* Testes Ugo Lopus, Bonus Iohannes, Botarius, Lanfrancus Arce-me et Iordanus notarius. Ego Embronius profiteor me debere tibi Elie lb. .ccxxxx. denariorum ianuensium, quas stipulanti tibi red-dere et solvere promitto usque proximum festum sancti Iohannis, penam dupli, bona pignori, ut nisi sic observavero, exinde tua acto-ritate et sine decreto intrare possis in bonis meis que malueris pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari facias et nomine vendicionis possideas, sine decreto et cetera. Abrenuncio etiam iuri quo principalis debitor prius secundo conveniendus est, laudi etiam qua prohibitum fuit ne ianuensis pro extraneo fidei-beat quia saonensibus dati sunt nummi illi. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xvi. iulii, inductione .x.

MLXVI.

*Filippo di Brasili si obbliga di pagare una somma ad Amico Grillo
alla prossima festa di S. Michele (16 luglio 1163).*

Amici Grilli].

Testes Ansaldus Nigrancius, Merlo Tinctus et Wuilielmus Refla-dus. Ego Philippus de Brasili promitto tibi Amico Grillo stipulanti me soluturum libras quadragintanovem denariorum ianuensium us-que proximum festum sancti Michaelis, penam dupli et cetera, ut, nisi ita, complevero extunc ab .viii. diebus, intrare possis in bonis meis que malueris pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi ac-cipias et estimari facias et nomine vendicionis possideas et sine de-creto. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xvi. iulii, inductione .x.

[*fo. 135 v.*].

MLXVII.

*Altilia, moglie di Gisilberto Cavarunchi vende una casa in Genova
a Balduino Guercio (19 luglio 1163).*

Testes Balduini Guercii].

Testes Wuilielmus Ventus, Oliverius Cesà, Paulus de Bondono, Wuilielmus Rundana et Ansaldus Grillus. Ego Altilia uxor quondam Gisilberti Cavarunchi profiteor accepisse (1) a Balduino Guercio libras septuaginta denariorum ianuensium finito precio pro domu unā, terra et edificio que est prope domum ipsius Balduini, que per consulatum michi trādita est et laudata pro meo patrimonio similiter pro lb. .LXX. (2), cui coheret a duabus via publica, retro tresenda, ab altera parte terra filiorum domne Sibilie de Rodulfo. Pro supradicto precio ei vendidi domum predictam cum ingressu et exitu suo et omni suo iure, faciendum inde ab eo et heredibus eius aut cui dederit quicquid voluerit sine mea contradictione et meorum heredum et omnium pro nobis. Promitto etiam vobis Enrico Aurie et Pascali de Marino ad hoc procuratoribus eius sub pena dupli, sicut ipsa terra valuerit aut meliorata fuerit, quod ipsam vendicionem (3) non impediam et quod ab omni homine per me et heredes meos ei deffendam et heredibus eius aut cui dederit. Pro ipsa pena vobis et ei per vos pro dupla evictione subicio pignori omnia bona mea ut nisi sic exinde vestra actoritate et sine decreto intrare possitis in bonis meis que malueritis (4) pro pena et sorte et quantum hoc fuerit vobis accipiatis et faciatis estimari et possideatis deinceps nomine vendicionis (5). Possessionem ei me contulisse confiteor. Actum in capitulo .MCLXIII., .xviii. iulii, indictione .x. Hoc facio consilio domini Wuilielmi Venti et Oliverii Cese cognati mei.

MLXVIII.

Bongiovanni Bucio dichiara di portare in Sardegna una somma di spettanza di una societas che ha con Guglielmo Scarsaria (13 luglio 1163).

Wuilielmi Scarsarie et Socii].

* Testes Wuilielmus Calige Pallii, Tabaccus et Bonifacius de Mauro. Ego Bonus Iohannes Bucius profiteor portare lb. .x. s. .iii. Sardiniam de societate quam habeo tecum, Wuilielme Scarsaria. Cepi etiam michi de ipsa societate lb. .v. s. .iii. d. .iii. de quibus

(1) *Cancellato*: a te.

(2) *La frase*: qui per consulatum.... pro lb. .LXX. a margine per postilla.

(3) *Cancellato*: amplius.

(4) *Cancellato*: quantum pro parte.

(5) *Cancellato*: Act.

scrutum accipere debes. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xiii. iulii,
indictione .x.

MLIX.

*Bonifacio di Mauro e Anna, coniugi, vendono una terra in Genova
a Pietro, caravallatore (2 agosto 1163).*

Petri caravallatori].

* Testes Rodoanus de Mauro, Iordanus de Michaele, Bonus Vassallus Salsa, Rolandus Nocentius (1), Ribaldus Cevolla, Iordan nepos Iohannis de Michaele, Oger Nocentius et Robertus guardator. Nos Bonifacius de Mauro et Anna iugales profitemur cepisse a te Petro caravallatore libras quatuordecim denariorum ianuen-sium finito precio pro pecia una terre iuris nostri que est prope domum Rodoani de Mauro, ab altera parte vie, circum septa muro a tribus partibus, cui coheret a duabus via publica, a meridie duo pedes vivi eiusdem terre quondam Ogerii de Bonfanello, ab altera tresenda. Infra has coherencias pro supradicto precio tibi vendimus et tradimus decem pedes vivos ipsius terre et quicquid muri circum adest faciendum et cetera, non impedire et ab omni homine legitime defendere per nos et heredes nostros tibi et heredibus tuis sicut valuerit aut meliorata fuerit, sub pena dupli promittimus, pro evictione dupli bona pignori, ut, nisi sic, deinde pro sorte et pena in bonis nostris que malueris intrare possis tua actoritate et sine decreto et quantum hoc fuerit tibi estimari facias et possideas et nomine vendicionis et inde quid velis facias et cetera. Ego Anna facio hoc consilio propinquorum meorum Boni Vassalli Salse et Ogerii Nocentii, abrenunciāns in hoc casu senatus consulto Velleiani et (2) iuri hypothecarum. Possessionem et dominium predicte vendicionis tibi dedimus. Actum in capitulo, .MCLXIII. (3), .ii. augusti, indictione .x. coram domu Wilielmi Cruseti.

[*fo. 136 r.*].

MLXX.

*Bonovassallo Bulferico dona alla madre Guilica ogni diritto su una
sua serva Adalasia (4 agosto 1163).*

Guilice Bulferici].

Testes Peire Fuscus, Obertus Vegius de Sancto Ireissino, Iohan-

(1) *Cancellato*: de.

(2) *Nel ms. et scritto due volte*.

(3) *Cancellato*: .xxx. iulii, indictione .x.

nes Mussus, Belnevotus, Ansaldus Calderarius, Gandulfus de Sancto Urcissino et Obertus Balbus. Ego Bonus Vassallus Bulfericus dono tibi Guilice matri mee omne ius et omnes actiones quod quasve habeo in Adalasia ancilla quondam patris mei ut inde quid velis facias sine mea contradictione meorumque heredum et omnium pro me. Actum in domum ipsius Guilice, millesimo centesimo sexagesimo tertio (1), quarto die augusti, indictione decima.

MLXXI.

Guilica di Bulferico manomette la propria serva Adalasia, di cui pure nel doc. MLXX (4 agosto 1163).

Libertas Adalasie].

Testes qui in precedenti cartula. Eodem loco et die. Ego Guilica Bulferici (2) pro mercede anime mee et viri mei quondam Dodonis Bulferici manumitto te Adalasiam ancillam iuris nostri et omnem peculium tuum et ab omni vinculo servitutis te eximo, ut de cetero a me vel heredibus meis nullam de cetero habeas reprehensionem servitutis, sed omnes vie tibi sint de cetero adaperite et tua libertas mera deinceps perpetuo perseveret, stipulanti etiam tibi sub pena lb. .x. auri optimi tibi promitto per me meosque heredes quod hanc libertatem et manumissionem firmam et stabilem perpetuo habebimus nec ibimus contra et insuper hec libertas nichilominus durabilis maneat (3).

MLXXII.

Embrono riceve da Amico Grillo e Ogerio Collo una somma e si obbliga a farne la restituzione a termine (15 agosto 1163).

Amici Grilli et Ogerii Colli].

Testes W. Calige Pallii, Rainaldus Rundana, Amicus Botarius. Ego Embronus cepi a vobis Amico Grillo et Ogerio Collo lb. .cxl. denariorum ianuensium filiorum quondam Ferloti, quas stipulantibus vobis per me vel me vel meum missum reddere promitto vobis vel vestro misso per totum istum consulatum actas de quatuor quinque ad rationem anni, penam dupli, bona pignori, intrare et cetera et facere estimari absque decreto et cetera legalitatem etiam promisit ita observare. Actum in capitulo, .mclxiii., .xv. die augusti, indictione .x.

(1) .v. cancellato col dito.

(2) Cancellato: manumitto te Adalasi.

(3) Cancellato: libera esto.

MLXXIII.

Mariscoto, nipote di Ugone arcidiacono stipula una implicita con Ingone banchiere (17 agosto 1163).

Ingonis Bancherii].

* Testes Rolandus Guaracus, Nicola Alcherii et Wuilielmus catalanus. Ego Mariscotus nepos Ugonis archidiaconi porto mecum Pisas de rebus Ingonis banchieri implicitam librarum .ccxviii., quam bona fide debedo commutare Pisas portare (1) et adducere in potestatem ipsius et ipse Ingo ei promisit terciam proficui. Porto etiam .vii. pecias Sancti Quintini in placa una Amici Grilli de quo quicquid habuero ei reducere et reddere debedo. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xvii. augusti, indictione .x.

[fo. 136 v.]

MLXXIV.

Guitardo Spata si riconosce debitore di una somma verso Blanchar-do (18 agosto 1163).

Testes Blancardi].

* Godus, Wuilielmus Calige Pallii, Obertus Avundantius et An-saldus filius Nicolai. Ego Guitardus Spata profiteor debere tibi Blan-cardo lb. .CLXXX. et quod quicquid est penes te de rebus nostre societatis Ianue vel Montipesulano quod tuum preterea est et in tuam partem deputatum. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xviii. au-gusti, indictione .x.

MLXXV.

Guglielmo Buccadagnel addiviene con Bonovassallo alla divisione dell'eredità del padre (17 agosto 1163).

Bonivassalli Salse].

Testes Oliver Nivetellà, Bonus Vassallus Nivetella, Enricus Nive-tella, Enricus Gagina et Oto Painardus. Ego Wuilielmus Buccada-gnel profiteor me celebrosse tecum, Bone Vassalle patrue mee, di- visionem omnium rerum mobilium et immobilium que nobis com-munes remanserunt post mortem patris mei et profiteor me de omnibus partem meam habuisse, exceptis domibus nostris quas in

(1) et Pisas portare per postilla a margine.

Clavica habemus, que non sunt adhuc divise et confiteor quod in parte tua venerunt ea que habebamus in Camogio et in Rapallo et Levi. Promitto etiam tibi me hanc divisionem omni tempore ratam habiturum et firmam, sub pena librarum centum quas tibi stipulanti promitto et quod amplius te inde non inquietabo. Propterea subicio tibi pignori omnia bona que habeo ut nisi ita adtendero exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis et cetera. Actum in domu ipsorum contrahentium, .MCLXIII., .xvii. augusti, in dictione .x. (1).

MLXXVI.

Smaragdina fa quitanza a Bonovassallo di una somma della dote della figlia Anna (17 agosto 1163).

Eiusdem].

* Eadem die et eodem loco et eisdem testibus. Ego Smaragdina confiteor me cepisse a te Bonovassallo lb. .xx. de dotibus filie mee Anne quas recolligisti et promitto tibi sub pena dupli quod inde te ab omni requisitione et dampno indempnem constituam, pro ipsa pena bona pignori intrare et cetera.

MLXXVII.

Buccadagnel dichiara di aver ricevuto dalla sorella Anna una somma che restituirà a San Michele (17 agosto 1163).

Anne de Treia].

* Eadem die eodem loco et eisdem testibus. Ego Buccadagnel profiteor cepisse a te Anna sorore mea lb. .xx., quas usque sanctum Michaelem secundum veniens reddam tibi, penam dupli stipulanti, bona pignori ut nisi sic exinde intrare et absque decreto et cetera Actum ut supra.

MLXXVIII.

L'abazia di S. Andrea di Sestri Ponente vende una terra ad Amico Grillo (18 agosto 1163).

Amici Grilli].

* Testes Oto Iudex de Mediolano, Simon Aurie, Nicola Alcherii,

(1) L'atto è cancellato colla parola: OGE.

Petrus Çuca, Oger scriba et Ribaldus Arçeme. Nos Petrus abbas monasterii Sancti Andree de Sexto una cum fratre nostro Ogerio (1) priore eiusdem cenobii profitemur cepisse a te Amico Grillo libras trigintaquinq̄e finito precio pro quadam pecia terre que eidem monasterio pervenit ex parte quondam Iohannis fratris memorati prioris, que terra est in Collumpnata, coheret ei a duabus via publica, a tercia terra Sancti Antonini, a quarta cāstanetum Oberti Spinule et Wuilielmi Malocelli. Infra has coherencias in integrum pro supradicto precio plenum et vacuum tibi vendimus pro supradicto precio faciendum inde a te et heredibus tuis aut cui dederis proprietario nomine quidquid volueris sine contradicione nostra et predicti monasterii et omnium pro nobis, stipulanti etiam tibi sub pena dupli promittimus quod hanc vendicionem ulterius (non) impediemus. Quodque tibi et tuis heredibus per nos et successores nostros in ipso monasterio tibi ab omni homine deffendemus, sicut valuerit aut meliorata [fo. 137 r.] fuerit, pro evictione dupli bona ipsius monasterii tibi pignori obligamus ut, nisi sic observaverimus, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis monasterii que volueris et quantum hoc fuerit tibi accipias et facias estimari et possideas nomine vendicionis, nam prefixam precii quantitatē in utilitatem expendimus et opere ipsius monasterii. Possessionem et dominium predicte vendicionis tibi dedimus. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xviii. augusti, indictione .x.

MLXXIX.

Baldezone di Rodolfo costituisce l'antefactum alla sposa Ermellina figlia di Nubeloto (25 agosto 1163).

Ermelline filie Nubeloti].

Testes Philippus de Brasilii, Obertus Peçudus, Bonus Vassallus Antiochus, Oger de Rodulfo, Stabilis, Nicola Nubeloti et Silus Nubeloti. Ego Baldeçon de Rodulfo dono Ermelline filie Nubeloti dilecte sponse mee in bonis meis que habeo et habiturus sum tantum quod bene valeat libras centum denariorum ianuensium nomine antefacti ad habendum et tenendum pro more et consuetudine huius civitatis. Nubelotus cepit pro ea. Actum in pontili capitulo, .MCLXIII., .xxv. augusti, indictione .x.

(1) *Nel ms.:* Ogerio.

MLXXX.

Guglielmo Zirbino si obbliga di pagare a Filippo Baraterio una somma a certe determinate condizioni (22 agosto 1163).

Philippi Baraterii] (1).

* Testes Oto iudex de Mediolano, Baldeçon Ususmaris, Ansaldus Golias, Bonus Iohannes, Bonellus Oionus. Ego Wuilhelmus Cirbinus promitto tibi Philippo Baraterio quod si infra octavam diem venientis proximi septembres fiet ut dominus archiepiscopus dissolvat matrimonium quod est inter Caput Agni et Guiliam uxorem eius et si in laude mei iudicis a Baraterio feceritis fieri cartam finis et remissionis, de omni ratione quam habet adversus eum per laudem, aut alio modo, aut in bonis fratris eius, aut domus ipsorum et ab ipsa Guilia similiter et sacramentum preterea prestare ab ea quod hoc firmum et ratum habeat et quod raciones illas nulli dederit vel cesserit exinde infra .xv. dies postquam michi assignaveris nuncium tuum dabo tibi Montipesulano tot mirgorenses quod ab bancos illius loci valeant libras centum ianuinorum. Nos preterea Stabilis et Bonifacius Collus constituimus nos inde tibi proprios et principales debitores, abrenunciantes legi qua prius secundo debitorre prior est debitor convenientus, promittimus tibi etiam quod (2) infra octavam diem postquam nuncius tuus redierit aut certum nuncium miserit quod solucionem illam non habeat, eam tibi faciemus. Penam dupli, intrare et cetera. Si predicta absolucio matrimonii facta non fuerit, hoc totum nichil valeat. Actum in Sancto Iohanne, .xxii. augusti.

MLXXXI.

Rainerio figlio di Rainaldo Rosso costituisce l'antefactum alla sposa Agnese figlia del fu Bonizzone (25 agosto 1163).

Agnesie quondam Boniconis fabri].

Testes Obertus diaconus Sancte Marie de vineis, Obertus Barrilius, Bonus Vicinus et Gerardus monetarius. Ego Rainerius filius Rainaldi Russi de Bargagno dono Agnesie filie quondam Boniconis fabri dilekte sponse mee in parte mea paternorum bonorum, ipso patre meo iubente, et si in ea defecerit in aliis bonis ipsius patris mei precepto eius quod bene valeat lb. .xx. nostre monete ad ha-

(1) Questo atto nel ms. ha nel margine richiamo di precedenza al doc. MLXXIX.

(2) Cancellato: ex.

bendum et tenendum nomine antefacti pro more et consuetudine huius civitatis et, si in eis defecerit, in aliis bonis que habeo et habiturus sum compleatur. Actum prope Sanctum Ambrosium, .MCLXIII., .xxv. augusti, indictione .x.

[*fo. 137 v.*].

MLXXXII.

In relazione al doc. n. MLXXXI Rainerio dichiara che la dote che riceverà dalla moglie Agnese investirà in affari a suo nome e a quello della stessa (25 agosto 1163).

* In die predictā, eodem loco et testibus eisdem. Confessus fuit predictus Rainerius iurasse quod denarios quod ei debebuntur de dote ipsius Agnesie ultra guarnimenta quod eos vel ad bancum vel apothecam constitueret nomine suo et predicte sue uxorū cum concordia Petri et Martini cognatorum suorum, nec inde eos removet, sine eorundem consensu, donec vel pater de dote uxorū aut ipsemet fecerit ipsis suis cognatīs securitatem sufficientem, nisi quantum per eos remanserit vel per eum quod ex eis erit superstes erit.

MLXXXIII.

Otone, giudice di Milano, si obbliga di patrocinare tutte le cause dei signori di Passano (27 agosto 1163).

Otonis de Mediolanus et dominorum de Paxano].

* Testes Baldeçon Ususmaris, Wuilielmus Ususmaris, Bonus Vassallus Nivetella, W. Calige Pallii et Donatus de Sancto Donato. Oto iudex de Mediolano promisit Corveto quondam Rustici, stipulanti pro se, Strabone, Oberto Alinerio, Rolando filio Ribaldi, Stulto, Ordolafo, Delfino et Ricio, quod ammodo eis bona fide patrocinabitur Ianue in omnibus causis quas de cetero habuerint cum aliqua vel aliquibus personis habitantibus extra civitatem Ianue preter quam contra comune Mediolani et archiepiscopi Mediolani et Ianue et illas personas que sanguine vel affinitate aut amicicia ei coniunctissime erunt, contra quas non videatur esse debere. Et hoc totum sibi promisit sub pena centum librarum sub stipulacione ei promissa et cetera et quod singulis annis semel si necesse habuerint ibit usque Levantium vel Paxanum ad expensas tamen eorum moraturus .viii. vel .x. aut .xii. diebus in patrocinio eorum. Ipse autem Corvetus pro se et nominatis viris a quibus sicut iuramento firmavit recepit in mandatis sine ulla retractacione ut ista ei promittent. In anima sua et

ipsorum iuravit quod annuatim ei dabunt Ianue duas meçarolas olei et decem musti et duos porcos, duodecim solidorum inter ambos et lignum lignorum comburendorum valentium s. .x. ita quod Corvetus de parte sua tantum pro se. Actum in cāpitulo, .MCLXIII., .xxvii. augusti, indictione .x.

MLXXXIV.

Fulcone di Pre e Vassallo Raviol contraggono una accomandacio con Blancardo (28 agosto 1163).

Blancardi].

Testes Albericus, Bonus Vassallus de castro, Baraterius, Oionus et Donadeus de Predi. Nos Fulco de Predi et Vassallus Raviol cepimus a te Blancardo libras quādraginta, quas laboratum portare debemus apud Evençam porrecturi inde Buçeam aut qua navis iverit qua andamus, preterquam in devetum, in reditu in potestatem tuam vel tui heredis aut nuncii quem statueris reducemus proficuum et capitale, daturi ad ipsis libras per rationem pecunie quam portamus partem suam de omni percacio personarum nostrarum et prospera fortuna et omni lucro et conquisitione quam fecerimus. Ipse autem Blancardus terciam profici quod in ipsa quantitate Deus dederit ipsis convenit. Donadeus predictus dedit licentiam Vassallo, Oionus licentiam Fulconi, cum haberent societatem cum eis. Ipse Blancardus professus est hanc esse de societate domini A. Au-rie et Pedesemol. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxviii. augusti, indictione .x.

[*fo. 138 r.*].

MLXXXV.

Stabile e Bonifacio Collo, in relazione ad una carta d'obbligo verso Filippo Baraterio, rinunciano ad eccezioni che a questo avrebbero potuto opporre come fideiussori (29 agosto 1163).

Philippi Baraterii].

* Testes Oto iudex de Mediolano, Baldeçon Ususmaris, Dominicus iudex et W. Toxicum. Nos Stabilis et Bonifacius Collus quātum pro obligacione qua nudus tercius nos obligavimus tibi Philippo Baraterii in carta quam tibi fecit W. Cirbinus abrenunciamus laudi qua prohibitum fuit ianuensibus obligacionem nose recipere foricorum et illi iuri quo nos tuere possemus quod fideiusserimus pro minori, si ipse Wuilielmus needum pervenit ad maturam etatēm. Actum in pontili capitulo, .MCLXIII., .xxviii. augusti, indictione .x.

MLXXXVI.

Sibilia di Bonofancello e Guglielmo suo figlio vendono a Pietro caravellatore una terra in Genova (30 agosto 1163).

Testes Petri caravellatoris].

Testes Rodoanus de Mauro, Bonifacius de Mauro, Anselmus Garrius et Merlo Marçocus. Nos Sibilia de Bonofancello et Wuilielmus filius eius cepimus a te Petro caravellatore libras undecim denariorum ianuensium finito precio pro pecia una terre que est prope domum nostram inter plateam longam et Sanctum Donatum, cui coheret ab una parte via publica, ab altera domus Lanfranci guardatoris superedificarii, retro tresenda, ab altera parte terra quam emisti a Bonifacio de Mauro, que fuit domus nostre. Infra has coherencias predictam terram cum ingressu et exitu suo et omni suo iure tibi pro supradicto vendimus ego Wuilielmus medietatem ut propriam et ego Sibilia pro filio meo Oberto alteram medietatem ut rem alienam sed quicquid iuris ipothecario iure vel alio modo in ea habeo tibi dono faciendum inde a te et heredibus tuis aut cui deridis proprietario nomine quicquid volueritis sine nostra contradictione et heredum nostrorum et omnium pro nobis, stipulanti etiam tibi sub pena dupli sicut ipsa terra valuerit aut meliorata fuerit tibi promittimus ipsam tibi et tuis heredibus ut rem propriam defendere per nos et heredes nostros legittime ab omni homine, pro evictione dupli bona nostra omnia habita et habenda tibi pignori subicimus tali pacto ut, nisi ut supra observaverimus, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis nostris que malueris pro sorte et pena et quantum hoc sit tibi accipias et estimari facias ac nomine vendicionis possideas. Possessionem et dominium predice vendicionis te habere profitemur. Insuper iuraverunt tactis sacrosanctis evangelii ipsam terram nulli alii venditam, datam, aut specialiter obligatam et quod hanc vendicionem ei aut cui dederit non impedient sed legittime defendent ab omni homine et Wuilielmus occasione minoris etatis vel alio modo non contraibit et quod in tempore quo etatis erit, infra mensem postquam inde requiretur, ei faciet inde cartam in laudem sui iudicis pro eodem precio sumpto et de quanto in ea ullomodo habebit ultra medietatem et Sibilia quod infra octavam diem post adventum Oberti, inde sibi faciet ab eo (1) fieri cartam de altera medietate pro eodem precio sumpto in laude sui iudicis et quod, si terminum

(1) *Cancellato*: facer.

inde ei produxerit, quod eam sibi fieri faciet ad terminum vel terminos quos inde sibi constituet, aut, si non poterit, quod infra octavam diem postea in duplum ei restituet ipsam medietatem et, si interea decesserit, quod ipsa de quanto in ea terra (1) consequitur ullo modo ei similiter infra octavam diem postquam pecierit ei faciet pro eodem sumpto precio cartam in laude sui iudicis. Actum in ecclesia S. Iohannis, .MCLXIII., ultima augusti, indictione .x. (2).

[*fo. 138 v.*].

MLXXXVII.

Guienzone Bonaminestra stipula una accomandacio con Guglielmo Cruseto (30 agosto 1163).

Wuilielmi Cruseti affactatoris].

* Testes Petrus de Marino, Vassallus Fornar de porta et Iordanus filius Allonis. Ego Guiençon Bonaminestra cepi a te Wuilielmo Cruseto s. .xx. de quibus sana eunte navi qua vado et redeunte infra mensem postea tibi solvam de tribus .mii., penam dupli, bona pignori intrare et cetera et facere estimari et nomine vendicionis possidere. Actum in pontili capituli, .MCLXIII., ultima augusti, indictione .x.

MLXXXVIII.

Guglielmo Cruseto e Guienzone Bonaminestra contraggono una societas (30 agosto 1163).

Wuilielmi Cruseti et Guienconis Boneminestre].

* Die loco et eisdem testibus. Professi sunt ipsi Wuilielmus et Guiençon se invicem contraxisse societatem in quam Wuilielmus consultit libras octo et solidos quatuor et ille Guiençon libras qualuor et solidos duos. Hanc societatem laboratum portat apud Evençam et qua iverit navis Thimonerii in reditu in potestatem Wuilielmi vel sui missi et, capitali diducto, omne proficuum ipsius societatis et percacium de persona et quod consequitur prospera fortuna per medium partiri debent.

MLXXXIX.

Ogerio del fu Berardo fa donazione al figlio Guglielmo, emancipato, del peculio e delle cose che ha (3 settembre 1163).

(1) Cancellato domo e terra in soprалinea.

(2) L'alto è cancellato colla parola: OGE.

Wuilielmi filii Ogerii quondam Berardi].

Testes Façaben de Clavica et Gerundia filius eius, Rainaldus Rundana et Gandulfus Balbus. Ego Ogerius quondam Berardi dono tibi Wuilielmo filio meo emancipato omne ius et omnes raciones quas ullomodo habeo in peculio tuo aut in rebus quas habes, vel possides et promitto tibi stipulanti sub pena lb. .xx. me hanc donationem omni tempore ratam habiturum et pro ipsa pena bona mea omnia habeas pignori obligata. Actum in capitulo, .MCLXIII., .iii. septembris, inductione .x.

MXC.

Bonifacio Panzano vende a Simone Doria un mulino (4 settembre 1163).

Simonis Aurie].

* Testes Wuilielmus Aurie, W. Barca, Elias, Guascus, Oliver Collus et Comparius. Ego Bonifacius Pançanus cepi a te Simone Aurie libras duodecim denàriorum ianuensium finito precio pro .xvi.^a molendini Marchesani quod est prope terram Wuilielmi Georgii non longinquum a molendino eiusdem Wuilielmi Georgii et Bance (1) et tuo. Hanc partem tibi vendo ut rem alienam, tibi autem defendere promitto ut propriam sub pena dupli. Pro ipsa pena tibi pignori subicio omnia mea bona ut, nisi sic observavero, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis et facere estimari et nomine vendicionis possideas. Possessionem tibi me dedisse profiteor. Postquam autem tibi caucionem inde fieri fecero in laude tui iudicis ab Oberto Piço de centesima et vicesima octava ipsius molendini et a Rolando de Carmadino et Iohanne de Carmadino et fratre de residuo usque in sextam decimam postquam etatis erunt in laude tui iudicis, quam tibi me facturum fieri promitto infra mensem postquam pecieris ex quo etatis erunt aut si per te remanserit ab hac obligacione sim penitus absolutus. Actum in ecclesia Sancti Laurentii, .iii. septembris, inductione .x.

MXCI.

Bernardo di Vitale, Guglielmo Bollegon e Ogerio Superbia contraggono una societas per affari in Cagliari (6 settembre 1163).

Bernardi Vitalis, Wuilielmi Bollegonis et Ogerii Superbie].

Testes Manentis de Amore, Ribaldus Seraphie, Bonusvassallus

(1) *Cancellato: Simoni.*

Antiochus, Oto de Sturla et Bonusvassallus de Sturla. Bernardus de Vitalis et Wuilielmus Bollegon et Oger Superbia contraxerunt societatem in qua illi duo contulerunt lb. .xxxx. et Oger Superbia libras viginti. Hanc pecuniam ipse Ogerius laboratum portat in navi Manentis de Amore apud Calarim, inde Ianuam, in potestatem preditorum reducere debet capitale et proficuum, capitali diducto, proficuum per medium dividere debent. Actum in capitulo, .vi., septembris, indictione .x.

[*fo. 139 r.*].

MXCII.

Alberto Bardusso contrae una accomandacio con Guglielmo Alfachino (8 settembre 1163).

Wuilielmi Alfachini et Alberti Bardussi] (1).

Testes Tabaccus, Wuilielmus Capra frater Brocardi et Bonavita fidelis Sancti Fructuosi. Ego Albertus Bardussus profiteor me portare a te Wuilielmo Alfachino lb. .xxxxvi $\frac{1}{2}$. quo ivero laboratum, quarta proficui quarum converti debet in proficuum societatis quam prius habuimus, que quamvis fuerit lb. .xxxii $\frac{1}{2}$. nunc acta est in lb. .xxxx., in reditu in potestatemi tuam, tam (2) res societatis, quam predictas proprias tuas, que omnia porto in potestatem tuam vel tui nuncii reducere debet et capitali societatis diducto proficuum eius debemus partiri per medium. Actum in capitulo, .MCLXIII., .viii. septembris, indictione .x.

MXCIII.

Otone e Oberto Contardo vendono diverse terre ad Ansaldo Doria (6 settembre 1163).

Ansaldis Aurie] (3).

Testes Dominicus iudex, Blanckardus, Bonus Vassallus Augustini, Guidotus de Nigro, Opiço de castro, Obertus Gontardus et Rolandus capellan. Nos Oto et Obertus Gontardus cepimus a te Ansaldo Aurie mediatenus libras centum quinquaginta, terciam in denariis, terciam in pipere et terciam in brasili silvatico, finito precio pro toto eo quod habemus in Sandario comuniter tecum, super viam et in-

(1) In margine segnato B, con riferimento al richiamo di precedenza del doc. MXCIV.

(2) Cancellato: res.

(3) In margine segnato: A con richiamo di precedenza al doc. MXCII.

fra viam et pro terra insule que est coram Sancto Matheo cui undique via coheret et pro tabulis octo et medias quas habemus in Burgheto in horis Putei in terra quam tecum habemus communem et pro tabulis tribus et media terre cum illis edificiis que in ea habemus in qua stat Insulela, que terra est retro a balneo, cui coheret ab una parte tresenda, ab altera via desuper terra tua, inferius terra tua et nostra et pro eo quod habemus in Langasco et Campo Morone. Totum pleno et vacuo, quod tecum cum omni suo iure tibi in integrum pro supradicto precio vendimus et tradimus, quisque pro medietate faciendum inde proprietario nomine a te et heredibus tuis aut cui dederis quicquid volueritis sine omni nostra contradictione et heredum nostrorum et omnium pro nobis, stipulanti etiam tibi sub pena dupli promittimus hanc vendicionem de cetero non impedire et ab omni homine legitime deffendere sicut valuerit aut meliorata fuerit, pro evictione dupla bona pignori tibi subicimus ut nisi sic observaverimus exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis nostris que malueris pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi accipias et facias estimari ac nomine vendicionis possideas, sine nostra contradictione et nostrorum heredum et omnium pro nobis. Possessionem et dominium ipsius vendicionis tibi dedimus. Ego Obertus iuro me hanc vendicionem omni tempore me ratam habiturum et non retractaturum, nec de precio adversus te vel aliquem pro te reclamaturum et quod tempore quo etatis ero inde tibi cartam faciam pro eodem sumpto precio cum uxore mea si ipsa vixerit in laude tui iudicis, quod ipsa uxor sua Sibilia in anima sua levavit, que huic vendicioni concedens omne ius quod in ea venditione habet ipsi Ansaldo donavit, abrenuncians quantum in hoc casu iuri hypothecarum et senatus consultus Velleiani, promittens ipsi Ansaldo deffensionem illius vendicionis sub pena dupli et propterea ipsi Ansaldo obligans pignori omnia sua bona, hoc autem consilio et actoritate propinquorum meorum Opiçonis de castro et Albertonis Guidoti de Nigrone. Et ego Carençon uxor predicti Otonis huic vendicioni consensit et quicquid iuris in vendicionem habet illa quam ipse Oto facit ipsi Ansaldo donavit, abrenuncians iuri hypothecarum quantum in hoc casu, hoc autem consilio propinquorum meorum Alberici et Ugonis de Delico. Fredençon Gontardus abrenunciavit omni iuri [fo. 139 v.] quod in his vel usufructu eorum ullomodo habet vel posset habere. Preterea Ido Gontardus et Fredençon Gontardus et Enricus Gontardus et predictus Oto iuraverunt ad sancta evangelia quod non erunt in facto vel consilio quod prememoratus Obertus hanc vendicionem infringat aut de precio aliquando reclamet et quod si fecerit quod ad hoc ei in nullo adiutores erint vel consultores, quin etiam Obertus Gontar-

dus ipsi Ansaldo stipulanti sub pena dupli promisit quod mediata-
tem huius vendicionis pàrtem, scilicet nepotis sui Oberti, illi ab om-
ni homine sicut valuerit aut meliorata fuerit defendet et quod faciet
ut semper sit de precio quietus et in nullo reclamans adversus eum
vel quemquam pro ipso, hoc autem tandiu donec maioris etatis
cum sua uxore inde ei fecerit cartam vendicionis pro sumpto pre-
cio in laude sui iudicis et ideo bona sua pro ipsa pena ei pignori
obligaverit et cetera, abrenuncians legi illi qua se posset tueri quod
pro minore fideiusscerit. Postquam autem cartam illam ei fecerit
fieri, absolutus sit ab omni huiusmodi obligacione, aut si per eum
remanserint quod illam cartam recipere nolit. Actum in ecclesia
Sancti Iohannis, .MCLXIII., .vi. septembris, inductione .x.

MXCIV.

*Otone Gontardo dichiara di ricevere una somma della dote della mo-
glie Carenzone (6 settembre 1163).*

Carençone Otonis Gontardi].

Testes Ido Gontardus, Ugo Albericus, Ansaldus Aurie, Enricus
Gontardus et Wuilielmus Aurie. Ego Oto Gontardus voco me quietum
de libris centum triginta de dotibus Carençonis uxoris mee
cum libris octo de quibus michi tenetur Wuilielmus Conellus se-
cundum quod dico. Actum loco et die predicto. Albericus cepit pro
Carençonà (1).

MXCV.

*Oberto Pezudo si obbliga di pagare a Rainaldo Rundana nell'ottava
della Pasqua 1164 il prezzo di duecento pezze di fustagno (8
settembre 1163).*

Rainaldi Rundane].

* Testes Oger domne Sibilie, Lanfrancus Rodulsi et Fulco Gruatus.
Ego Obertus Peçodus cepi a te Rainaldo Rundana pecias ducentas
quatuor fustaneorum pro quibus stipulanti tibi promitto sub pena
dupli quod usque octavam proximi pasche solvam tibi vel tuo mis-
so libras centum duas denariorum ianuensium, pro ipsa pena bona
pignori, ut nisi sic exinde intrare sine decreto et facere estimari
et nomine vendicionis possidere et cetera. Actum, .MCLXIII., indi-
ctione .x.

(1) L'atto è cancellato colla parola: OTOBONUS.

MXCVI.

Ogerio scriba e Guglielmo Pelizar di San Lorenzo contraggono una societas (10 settembre 1163).

Ogerii scribe et Wuilielmi Peliçarii].

Testes presbiter Homodeus, W. Galeta, Bonus Vassallus Galeta et Simeon de Papia. Ogerius scriba et Wuilielmus Peliçar de Sancto Laurentio contraxerunt societatem in qua Ogerius, ut confessi sunt, contulit lb. .xxvi. et ipse Wuilielmus lb. .xiii. Ultra quas ipse Wuilielmus portat de suis lb. .lxxxvii. Hec omnia portat laboratum apud Deniam et quo maluerit laboratum, omne proficuum quod super his lucrabitur aut quod ex percacio persone vel fortuna prospera consequatur in hoc itinere dividi debet per libram et in reditu capitale societatis et proficuum omne in potestatem Ogerii vel sui nuncii poni debet, cuiusque denique capitali extracto proficuum sunt per medium partituri. Actum in capitulo, .MCLXIII., .x. septembris, inductione .x.

[*fo. 140 r.*].

MXCVII.

Guglielmo Gatta si obbliga di pagare a Montpellier a Merlone Guaraco una somma in mirgoriensi (10 settembre 1163).

Merlonis Guarachi].

Testes Drogus, Iohannes Botacius, Bonus Vassallus Botacius et Bonus Vassallus de Morsaltis. Ego Wuilielmus Gatta profiteor debere tibi Merloni Guaraco libras quinquaginta mirgorenium, quas stipulanti tibi sub pena dupli me soluturum Montipesulano promitto tibi vel tuo nuncio per me vel meum nuncium infra mensem postquam illuc michi assignaveris cui velis me illas daturum. Pro ipsa itaque pena bona mea tibi pignori subicio, ut, nisi sic observavero, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis et facere extimari et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .x. septembris, inductione .x.

MXCVIII.

Tabaco cede ad Amico Cevolla ogni ragione ed azione verso Vas-sallo (10 settembre 1163).

Amici Cevolle].

Testes Ido vicecomes, W. Galleta, Ingo de castro, Streiaporus

et Bonus Vassallus Galleta. Ego Tabacus qui redemi ab Ingone Maniavaca pro libris decem et septem domum Vassalli vicarii, in qua pro dupla laudem habebat, profiteor cepisse a te Amico Cevolla libras octo et medianam, medietatem scilicet ipsius redemptionis pro quibus dono tibi medietatem tocius iuris et omnium actionum quas adversus ipsum Vassallum habeo propterea in illa domo, vel aliis eius rebus aut per laudem quam inde habeo aut quod gessi negotium eius. Hoc autem remittens ei primitus omnem penam, ita tamen ut si decessisset et filii eius, postquam essent super hoc requisiti, nobis non solvissent superius capitalis vel nostro nuncio, quod illa remisso eius non valeat. Stipulanti etiam tibi promitto quod quandcumque michi solverit remanentes lb. .viii $\frac{1}{2}$. quod ei ipsam domum et omnes res eius quas per hoc habeo pignori obligatas ei absolvam et quietas appellabo de omni isto debito. Actum in capitulo, .MCLXIII., .x. septembris, indictione .x.

MIC.

Oberto Pezudo si obbliga di pagare a Lanfranco Pevere una somma al 15 ottobre 1163 in pagamento di pepe (11 settembre 1163).

Lanfranci Piperis].

* Testes Wuilielmus Cigala, Tantus, Lanfrancus de Miliosa et Gundulfus Balbus. Ego Obertus Peçudus profiteor cepisse a te Lanfranco Pipere centenaria piperis .x. pro quo stipulanti tibi sub pena dupli promitto solvere tibi vel tuo nuncio per me vel meum nuncium libras quinquaginta denariorum ianuensium usque medium octubris proxime venientis. Pro ipsa pena bona pignori ut nisi sic exinde intrare et sine decreto et facere estimari et nomine vendicionis possidere et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xi. die septembris, indictione .x.

MC.

Guglielmo Licio stipula con Guglielmo del fu Ribaldo Filardo una accomandacio (15 settembre 1163).

Wuilielmi quondam Ribaldi Filardi].

* Testes Wuilielmus de Volta, Girardus notarius, Oto Bavalascus, Rolandus Calegar et Wuilielmus de Godo. Ego Wuilielmus Licius profiteor cepisse a te Wuilielmo quondam Ribaldi (1) Filardi li-

(1) in cancellato col dito.

bras centum implicatas in lacca, in nixadra, in croco et auriplu-
mento et bisancios quas ad quartam lucri laboratum portare deboeo
apud Sale, aut quo iverit navis qua proficisci paratus sum, in re-
ditu in potestatem tuam vel tui nuncii reducere deboeo capitale et
proficuum et, capitali diducto, de proficuo ei quartam (1) con-
sensit ipse Wuilielmus, per libram autem inde facere debet expen-
sas sicut de aliis rebus quas portat per libram. Actum in capitulo,
.MCLXIII., .xv. die septembbris, indictione .x.

[fo. 140 v.].

MCI.

Ribaldo di Ginistedo vende a Oliverio di Marassi una pezza di terra
(16 settembre 1163).

Teste Oliveri de Maraxi].

Testes Dodo canonicus Sancti Laurentii, Roger Barrilarius et
Obertus filius eius. Ego Ribaldus de Ginistedo cepi a te Oliverio de
Maraxi denarios .xviii. finito precio pro toto eo quod habeo in pecia
terre cum Ansaldo de Vigo que pecia est prope terram tuam
de Laco rotundo. Pro ipso itaque precio facias inde quicquid volueris
ex pleno et vacuo et omni suo iure tu et heredes tui aut cui
dederitis proprietario nomine quicquid volueritis sine omni nostra
contradictione et heredum nostrorum et omnium personarum pro
nobis, sub pena etiam dupli sicut valuerit aut meliorata fuerit sti-
pulanti tibi promitto non impedire, sed ab omni homine sicut valuerit
legittime semper deffendere, pro evictione bona pignori ut,
nisi sic, exinde absque decreto intrare et cetera et facere estimari et
possidere nomine vendicionis. Possessionem tibi dedi. Actum in
capitulo, millesimo .CLXIII., .xvi. die septembbris, indictione .x.

MCI.

*Ogerio Vento e i fratelli Pietro e Simonetto contraggono una so-
cietas con Cardona (17 settembre 1163).*

Testes filiorum Ogerii Venti et Cardone].

* Testes Rainaldus Rundana, Ugo Lupus et Robertus guardator.
Societatem contraxerunt inter se Ogerius Ventus et frater eius Pe-
trus pro se et fratre suo Simoneto actoritate patris eius Wuiliel-
mi Venti et Cardona precepto et actoritate patris sui Tadonis de
Sancto Damiano in qua ut mutuo professi sunt illi contulere libras

(1) *Cancellato*: prof.

centum de comuni domus sue et Cardona libras quinquaginta, quam societatem ipse Cardona portat laboratum Septam vel quo iverit navis Marchionis Englesii qua vadit, in reditu in potestatem ipsorum, capitali diducto proficuum partituri per medium. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xvii. septembris, inductione .x.

MCIII.

Mombello stipula un mutuo con i figli del fu Bonovassallo Bianco
(20 settembre 1163).

Filiorum quondam Bonivassalli Blanci].

* Testes Corsus et Ugo Baldeconis causarum consules, Iacobus filius Guidoti (1) Codeghe, Gandulfus Caput ferratum, Wuilielmus de Candida et Primus Censarius. Professus est Mantellus cepisse mutuo libras quinquaginta denariorum ianuensium Idonis et Wuilielmini filiorum quondam Boni Vassalli Blanci, de quibus eis convenit de proficuo usque annum .i. lb. sex. Iuravit itaque sacris evangelii tactis quod usque annum unum dabit ipsis minoribus prescriptas .vi. lb. lucri aut matri eorum vel barbano eorum Wuilielmo de Candida et capitale predictum consulibus placitorum quod tunc temporis erunt. Quod si consules non adessent in manus archiepiscopi ianuensis, quod, si nec tunc archiepiscopus esset, in manus duorum legalium et communalium propinquorum ipsorum minorum et matris eorumdem, nisi sicut licentia eorum remanserit, quod si terminum vel terminos ei produixerint pariter tenebitur ad indultum vel indultos terminos, quo usque illa fuit completa solucio.

Ego Ansaldus de Rusino sub pena dupli stipulantibus vobis Idoni et Wuilielmo promitto quod si supradicti debiti solucio vobis facta non fuerit, ut supra cautum est, quod exinde usque .xv. dies eam vobis complebo, pro ipsa pena bona pignori, ut, nisi sic, exinde tua actoritate et absque decreto intrare possis et tibi facere estimari et quantum hoc nomine vendicionis possidere sine mea contradictione et meorum heredum et omnium pro nobis, .MCLXIII., .xx. die septembris, in ecclesia Sancti Laurentii.

[fo. 141 r.]

MCIV.

Gisla, moglie di Musso Scalzavegia dona al figlio Bonovassallo ogni diritto ad essa spettante su una casa in Genova (20 settembre 1163).

(1) Guidoti in sopravvivenza su Ogerii cancellato. Cancellato pure de Bocherone.

Bonivassalli de Morsaltis]

* Testes Marinus de Caffaro, Wulielmus Grillus et Guido de Blanco. Ego Gisla uxor Mussi Scalçavegie per te Primum Berfogium nuncium Bonivassalli filii mei dono ipsi filio meo omne ius et omnes raciones quas ullomodo habeo in tercia parte domus que fuit quondam patris eius, que est collateralis domui quondam Coste que est ad mare et stipulanti tibi sub pena dupli promitto me hanc donacionem omni tempore ratam et firmam habituram et quod amplius eum vel cui dederit inde non molestabo, pro ipsa pena bona mea habita et habenda tibi pignori subicio (1), ut, nisi sic, exinde intrare et sine decreto et facere estimari et cetera. Actum ante domum eius Guile coram turrim Amigonis, .MCLXIII., .xx. die septembris, indictione .x.

MCV.

Siro, arcivescovo di Genova riconosce ai canonici della chiesa di S. Lorenzo le decime sui beni a chiunque alienati (21 settembre 1163).

Ecclesie Sancti Laurentii].

In nomine sancte et individue Trinitatis, Syrus Dei gratia ianuen-sis archiepiscopus vobis Oberto preposito, Ugoni archidiaconi ceterisque canonicis ecclesie Beati Laurentii in perpetuum. Cum in ecclesia Beati Laurentii martiris nostri archiepiscopatus sedes sit a Domino constituta, merito ad honorem eius respicimus et ipsius utilitatem quantum salva conscientia possumus aspiramus. Videntes itaque quod in decimis quas ipsa consuevit ecclesia obtinere paciamini non modicum detrimentum, cum ob singulas prediorum alienaciones quorum consuevistis decimarias habere, temerarie fore quisque presumat ab utilitatibus vestris decimas ipsas abducere et ipsius iuri ecclesie tam illicite derogare, dignum duximus huiusmodi abusioni penitus contraire ne, ad instar fluctuantis navicule que pro successione ventorum qualibet consuevi deflecti, prediorum varia translacione ius decimarum pereat ecclesie supradicte atque ideo presenti privilegio decernimus et firmamus ut eorum locorum omnium vinearum et prediorum quorum hodie decimariam canonice possideatis ad quemque monasteria, quascumque ecclesias vel ecclesiasticas secularesve personas aliquando dominium trasferatur decimariam semper vos et successores vestri in ipsa ecclesia in perpetuum habeatis, si qua igitur et cetera. Actum est

(1) *Cancellato:* et u.

hoc apud castrum in palacio domini archiepiscopi, .MCLXIII., .xxi.
septembris, indictione .x.

MCVI.

Rainaldo Strugnon stipula con Angelerio di Camilla una accoman-
dacio (22 settembre 1163).

Angelerii et Rainaldi Strugnonis].

Testes Solimānus de Salerno, Nuvelonus, W. Fasol, Marchese Ca-
stanea, Lanfrancus Pescāballi et Donatus de Sancto Donato. Profes-
sus est Rainaldus Strugnon recepisse ab Angelerio de Camilla de re-
bus eius libras centum quinque et solidos decem et septem et d.
septem, quas in navi Rusini portat in Garbo laboratum in redditu
in potestātem Angelerii (1) vel eius nuncii adducere debet capita-
le et proficuum, capitali diducto, de proficuo quartam habere debet
ipse Rainaldus. Actum in domo Solimani .MCLXIII., .xxii. die sep-
tembris, indictione .x.

MCVII.

Rainaldo Strugnon sostituisce Nuvelone e Angelerio nei diritti di
cui al doc. MCVI (22 settembre 1163).

Eadem].

* Eodem loco et eisdem testibus, ipse Rainaldus dimisit in loco suo
Nuvolonem et Angelerium, dans eis super rebus suprascriptis om-
nimodam quam habet potestātem vendendi, emendi et faciendi in-
de sicut ipsis videbitur melius, ratum in perpetuo habiturus quic-
quid inde fecerint.

MCVIII.

Rainaldo dispone che siano consegnate ad Angelerio merci date a
Corrado e a Brunone (22 settembre 1163).

Eadem].

* Eodem loco et eisdem testibus, ipse Rainaldus ad memoriam re-
ducens quod in manus (2) Conradi dimiserit .iii. sportas piperis
et .vi. aluminis et in manus Brunonis sportas .m. piperis et piperis

(1) *Cancellato:* con ad.

(2) *manus in sopravlinea su memoriam cancellato.*

cantara .ii. et terciam munda in sporta .i. cum cendato et .ii. spor-
tas aluminis hoc signo signatas ~~c*p*~~ que ipsi Angelerio dentur.

MCIX.

*Solimano di Salerno e Donato di San Donato contraggono una so-
cetas* (22 settembre 1163).

Solimani et Donati].

* Testes Nuvelonus Angelerius, Rainaldus Strugnon, Lanfrancus Pes caballi, Marchese Castanea et Lanfrancus Pes caballi. Societatem contraxerunt Solimanus de Salerno et Donatus de Sancto Do-
nato in qua, ut profissi sunt, Solimanus lb. .lxx. et Donatus lb.
.xxx. Hanc societatem Donatus portat laboratum in navi qua Enri-
cus Guionus vadit, in reditu in potestatem Solime vel eius nuncii
et capitali diducto proficuum debent dividere per medium. Actum
die predicto et loco.

[*fo. 141 v.*].

MCX.

*Solimano e Donato elencano le merci della loro societas di cui al
doc. MCIX* (22 settembre 1163).

* Eadem die, eodem loco et testibus eisdem. Professi sunt Solima-
nus et ipse Donatus quod de societate quam insimul habuere sunt
apud Feriam .ccc. coria et becune .cxxix. et .v. pecie fustaneorum,
in volta autem cantara .xvi. minus rotuli .iii. aluminis in camara-
ta et cantara .vi. et tercia cere in camarata et lb. .xxx. denariorum
quarum Donatus cepit lb. .xx. et Solimanus lb. .x. et habet in spa-
tis lb. .v. et in Scicilia tareni .cc. Cum Solimanus ceperit coequa-
mentum predictarum librarum .xx. quas cepit Donatus, de reliquo
Iohannis accipiet terciam.

MCXI.

*Solimano di Salerno e Guglielmo Fasol stipulano una societas per
affari che Guglielmo farà a Bugia* (22 settembre 1163).

Solimani et Wuilielmi Fasolii].

* Testes Nuvelonus Angelerius, Rainaldus Strugnonus, Lanfrancus
Pes caballi et Donatus de Sancto Donato. Societatem contraxerunt
Solimanus de Salerno et Wuilielmus Fasol, in qua ut mutuo profes-
si sunt Solimanus contulit (1) libras centum viginti et Wuilielmus

(1) *Nel ms. per evidente errore: contraxerunt.*

Fasol lb. .lx. de societate suà et Marchionis Castanee. Hanc societatem Wuilielmus laboratum portat Buçeam inde Ianuam reducturus capitale et proficuum in potestatem Solimani vel eius nuncii, ad divisionem, capitali diducto, proficuum sunt per medium partituri. Actum, in capitulo, .MCLXIII., .xxii. septembbris, indictione .x.

MCXII.

Primo Berfogio cede a Marchese Della Volta ogni suo diritto verso donna Domnisia, in dipendenza dell'acquisto di una casa (24 settembre 1163).

Marchionis de Volta].

Testes W. Piperata, Merlo Guaracus, Ansaldus Sulfarus et Spärlace. Ego Primus Berfogio profitendo me (1) fecisse emptionem domus domne Domnisie nomine tuo, Marchio de Volta, dono tibi omnes raciones et actiones quas in ea domu vel adversus ipsam Domnisiam et eius filium pro ipsa domu ullo modo habeo, ut eas habere et tuo nomine exercere, sicut ego meo poteram, possis et profiteor possessionem quam inde tulististi (2) pro me tuam esse eamque habeas et te meum nuncium facio ad suscipiendam cartam vendicionis illius domus sicut michi tenebantur et ego Marchio profiteor quod premium debeo eius, sicut et centum libras quas tibi solvi pro lb. .c. quas pro ipsa domu de tuis numeraveras. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxiii. die septembbris, indictione .xi.

MCXIII.

Ugo Pocese si obbliga di pagare alla prossima Pasqua il prezzo di sessanta pezze di fustagno (24 settembre 1163).

Wuilielmi Licii].

Testes Baldeçon Jordani de porta, Ionathas Sorri de mari, Donatus vir Guilie macellatricis et Girardus monetarius. Ego Ugo Pocese profiteor cepisse a te Wuilielmo Licio .lx. pecias fustaneorum, pro quibus stipulanti tibi dare promitto sub pena dupli lb. .xxvii. denariorum usque quindecim dies post pásca proximam, pro ipsa pena et sorte bona pignori, ut, nisi ita, exinde tua actoritate et sine decreto intrare et facere estimari et nomine vendicionis possidere et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxviii. die septembbris, indictione undecima.

(1) Cancellato: tuo nomine.

(2) Sic nel ms.

MCXIV.

Oberto Clerico e Vassallo Lavagnino contraggono una societas per affari che Vassallo svolgerà a Tunisi (24 settembre 1163).

Oberti Clerici et Vassalli Lavanini filii Andree Fonderagii].

Testes Boniamons Iohannis Christiani, Dominicus aurifaber et Fredençon faber. Societatem contraxerunt Obertus Clericus et Vassallus Lavaninus in qua, ut mutuo professi sunt, Obertus contulit lb. .xii. et Vassallus lb. .vi. Hanc societatem Vassallus portare debet Tunesim in navi Baldeçonis de Pasia et non debet inde facere expensas nisi in fornimento ipsius pecunie, in reditu in potestatem ipsius Oberti vel eius nuncii reduci debet capitale et proficuum capitali diducto, proficuum et percacium omne persone eius dividere debent per medium. Actum in capitulo, .MCLXIII., .XXIII. septembris, indictione .xi.

[*fo. 142 r.*].

MCXV.

Vassallo Lavagnino contrae un prestito marittimo con Oberto Clerico (24 settembre 1163).

Oberti Clerici].

Eodem die et loco et eisdem testibus. Professus est Vassallus Lavaninus se cepisse mutuo ab ipso Oberto Clerico s. .xxxx. denariorum, quos in eadem navi prestavit pro s. .l. quos s. .l. sub pena dupli ei dare promisit ad .xv. dies sana venienti navi illa, pro ipsa pena bona pignori intrare et cetera et nomine vendicionis et sine decreto et cetera.

MCXVI.

Ansaldo Sulfaro, Lamberto Guercio e Drogo contraggono una societas (24 settembre 1163).

Lamberti Guercii et Droghi, Ansaldi Sulfari].

* Testes Merlo Guaracus, Lambertus Mussus, Baldeçon Sibilie de Rodulfo et Ascherius cordoanerius. Societatem contraxerunt Ansaldus Sulfarus et Lambertus Guercius et Drogus, in qua ut mutuo professi sunt Ansaldus lb. .xvi. et illi duo comuntere lb. .xxxii. Ultra portat de rebus eorumdem lb. .LXXXIII. et s. .xi. ad quartam proficui in societatem convertendam. Hec portat in navi Rufini

apud Sale, inde Ianuam in potestatem eorum. Predicta libra que super societatem sunt expendere et lucrari debet per libram et quaranta lucri conversa in lucro societatis et omni percacio quod ipse Ansaldus ab aliquo modo habuerit vel ex prospera fortuna, capitali ducto, proficuum per medium dividere debent. Actum in capitulo, .MCLXIII., .XXIII. die septembris, inductione .XI. Ultra portat Droghi lb. .XVII. et s. .XIII. quarta proficui quorum est in societatem convertenda.

MCXVII.

Guglielmo Malfigliastro dichiara d'aver ricevuto una somma della dote della moglie Druda figlia di Anna Castagna (25 settembre 1163).

Testes Drude de Castaneti].

Testes Nuvelonus, Lanfrancus Pes caballi, Rainaldus Strugnon, Lanfrancus Pes caballi, Rainaldus saonensis. Ego W. Malfiaster voco me quietum et solutum de lb. .LII. denariorum ianuensium ex dotibus uxoris mee Drude filie Anne Castanee. Nuvelonus pro ea accepit. Actum in capitulo, millesimo .CLXIII., .XXV. septembris, inductione .XI.

MCXVIII.

Lanfranco Piè di cavallo contrae una accomandacio con Otobono (25 settembre 1163).

Otonis Boni de Albericis].

* Testes Enricus Gagina, Rainaldus saonensis, Nuvelonus. Lanfrancus Pes caballi professus est se portare laboratum in navi Rufini in Garbo lb. centum capitalis, inde venire Ianuam, in potestatem Otonis Boni vel eius nuncii et Nuvelonus nuncius Otonis Boni ei quartam proficui convenit. Actum in capitulo, .MCLXIII., .XXV. septembris, inductione .XI. Testes etiam Oto Gontardus et Obertus Conellus.

MCXIX.

Bonifacio Gandalixa contrae una accomandacio con Guglielmo di Guglielmo Tornello (25 settembre 1163).

Wuilielmi Wuilielmi Tornelli].

* Testes Ido Gontardus, Arnaldus Heremita, Obertus Conellus et

Robertus guardator. Professus est Bonifacius Gambaixa se portare lb. .LXXXIII. et s. .xv. de rebus Wuilielmi filii Wuilielmi Tornelli. Hanc pecuniam Bonifacius laboratum portare Buçeam inde Ianuam in potestatem ipsius Wuilielmi ipse Wuilielmus ei convenit, quartam proficui quod in eis Dominus dederit. Preterea professus est idem Bonifacius se portare lb. .xxxii. de rebus Wuilielmi Tornelli ex libris .ciii. quas ultra portat. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxv. septembris, indictione .xi.

Cintracus et Dominicus aurifaber testes. In sequenti die quod Wuilielmus Tornellus ei quartam proficui convenit ipsarum .xxxii. librarum (1).

MCXX.

Rainaldo Strugnon dichiara di portare denari marabotini di Angelerio Pensa per trafficarli e restituirglieli col profitto (25 settembre 1163).

Angelerii].

* Testes Belmustus, Tabaccus et Bonus Vassallus Bardussus. Rainaldus Strugnon professus est se portare marabutinos .xxxxvii. Angelerii Pense, in itinere quod facit in navi Rufini, reducturus in potestatem eius capitale et proficuum et ei totum esse debet. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxv. septembris, indictione .xi.

[*fo. 142 v.*].

MCXXI.

Marino di Lavagna stipula una societas con Amico Grillo (25 settembre 1163).

Testes Amici Grilli et Marini de Lavania].

* Testes Merlo Marçocus, Caput Pini, Donatus de Sancto Donato et Wuilielmus Rodoani de Mauro. Ego Marinus de Lavania filius quondam Alcherii profiteor me cepisse in societatem ab Amico Grillo lb. .lx et s. .vi. ad lb. .xxx. et s. .iii. quas posui ad ipsas. Hanc societatem laboratum porto in navi Rufini quo ierit in reditu in potestatem Amici Grilli vel eius nuncii reducere debere et capitali cuiusque deducto proficuum debemus participare mediatenus. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxv. die septembris, indictione .xi.

(1) *Per postilla in margine.*

MCXXII.

Alberto Lercario e Otone Belmusto contraggono una societas (26 settembre 1163).

Alberti Lercarii et Otonis Belmusti].

Testes Petrus de Marino, Baldeçon Iordani de porta, Benensea et Ugo de Sexto. Societatem contráixerunt Albertus Lercarius et Otto Belmusto iussu et actoritate presentis patris sui Belmasti, que est librarum centum, quarum due partes Alberti Lercarii et tercia ipsius Otonis. Hanc Oto laboratum in navi Rufini apud Sale vel quo ierit, in reditu in potestatem Alberti, proficuum et capitale ad divisionem, capitali diducto, proficuum per medium. Actum in capitulo .MCLXIII., .xxvi. septembbris, indictione .xi.

MCXXIII.

Oddone de stacione si costituisce fideiussore verso Aimerico di un debito di Bosone (26 settembre 1163).

Aimericij].

Testes Merlo Guaracus, Petrus de Marino, Benensea, Iusephus iudeus et Girardus qui stetit cum Wuilielmo Nigro. Ego Odo de stacione (1) constituo me tibi Aimerico proprium et principalem debitorem de lb. .cviii $\frac{1}{2}$., quas tibi debent hospites mei Boso et (2) abrenuncians legi qua prior debitor prius secundo conveniendus est et laudi que prohibuit ne ianuenses pro forico fideiubent, stipulanti tibi sub pena dupli promitto quod usque octavam proximi pasche eas tibi vel tuo misso exsolvam, pro sorte et pena bona pignori ut, nisi sic, exinde intrare et cetera et facere estimari et possidere nomine vendicionis tua actoritate et sine decreto et cetera. Actum in capitulo .MCLXIII., .xxvi. septembbris, indictione .xi.

MCXXIV.

Oberto di Carmadino contrae un mutuo con Alberto Lercari (26 settembre 1163).

Alberici Lercarii].

Belmostus et Oto eius filio, Iordanus calegarius, Petrus guardator et Iosephus iudeus. Ego Obertus de Carmadino cepi mutuo lb. .XL. denariorum a te Alberto Lercario, quas tibi vel tuo misso

(1) Cancellato: professus.

(2) Spazio bianco nel ms. All'evidenza manca il nome dell'altro debitore.

per me vel meum missum usque sanctum Iohannem de iunio solvam, penam dupli, bona pignori intrare et cetera, sine decreto et facere estimari et cetera. Et ego Obertus Peçudus constituo me tibi proprium et principalem debitorem, ita quod, nisi ut supra solverit, exinde usque .x. dies solvam, penam dupli, bona pignori, intrare et cetera (1) et abrenuncio legi qua prior prius secundo debitor convenitur et legi qua me tueri possem quod pro minori fideiubeo. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxvi. septembris, indictione .xi.

[*fo. 143 r.*].

MCXXV.

Oliviero Nivetella e Oliviero Ferreto contraggono una societas (25 settembre 1163).

Oliverii Nivetelle et Ferreti].

* Testes Bonus Vassallus Salsa, Aimericus, Bernardus magister, Oto Painardus et Enricus Nivetella. Oliverius Nivetella et Oliver Ferretus contraxerunt societatem in quam ut mutuo professi sunt Oliverius Nivetella contulit lb. .xxxx. et Oliverius Ferretus lb. .xx. Hanc societatem ipse Oliverius Ferretus laboratum portat in navi Enrici Gagine quo ipsa iverit, in redditu in potestatem Oliverii Nivetelle reducere debet, proficuum et capitale ad divisionem, capitali diducto, proficuum sunt divisuri per medium. Iuravit insuper prefatus Oliverius Ferretus se predictas lb. .xx. in ipsa societate complesse et quod hanc societatem bona fide et legaliter salvabit et promovere studebit secundum tenorem fide societatis et quod reducat ut supra et quod quandiu cum ipso Oliverio ad faciendum habuerit res eius et ipsius societatis quin suam devenerint potestatem bonam fidem salvabit et ei vel suo nuncio sine fraude restituet et quod non defraudabit eum per annum ultra s. .x., quod bona fide adtendet nisi quantum licentia eius vel sui certi nuncii remanserit. Actum in domo Iohannis scribe, .MCLXIII., .xxv. septembris, inductione .xi.

MCXXVI.

Oliviero Nivetella ed Enrico Gagina dichiarano di aver sistemato ogni loro precedente rapporto di societas (25 settembre 1163).

Oliveri Nivetelle et Enrici Gagine].

* Testes Bonus Vassallus Salsa, Oto Rainardus, Donatus de Sancto

(1) *Cancellato*: Ego.

Donato et Enricus Nivetella. Professi invicem sunt Oliverius Nivetella et Enricus Gagina quod omnem societatem quam hactenus habuerunt inter se divisorint et quod quisque tulerit partem suam. Actum coram domum Bernardi magistri, die predicta.

MCXXVII.

Oliviero Nivetella ed Enrico Gagina contraggono una societas (25 settembre 1163).

Oliverii Nivetelle et Enrici Gagine].

* Testes qui supra in proxima precedenti carta et eodem die et loco. Professi sunt Oliverius Nivetella et Enricus Gagina se invicem contraxisse societatem in quam Oliverius libras centum duas et Enricus libras quinquaginta et unam contulerunt. Hanc societatem Enricus laboratum in navi qua vadit, in redditu (1), capitali diducto, proficuum per medium debent partiri. Ultra portat Enricus de suis lb. .xxxxviii., que expendere et lucrari debent per libram et sibi lucrum esse.

MCXXVIII.

Guglielmo Tornello dichiara a Bonifacio Gambalixa i quantitativi di bombace di questo che ha nella sua bottega in Genova (28 settembre 1163).

Bonifaci Gambelixe et Wuilielmi Tornelli].

* Testes Wuilielmus Cigala, Petrus de Marino et Iosephus iudeus Professus est W. Tornellus in volta sua remansisse saccos .xviii. bombicis, cantara .xxx. bombicis cuius sunt Wuilielmi Tornelli cantara .x., excepto quod ipse Bonifacius in eis habet libratas .v., reliquum est ipsius Bonifacii et preterea de saccis bombicis facti quod est cantara .i. et rotuli .lxx. et saccis .ii. bombicis cantara .iii. et quinta, quod totum remanet apud ipsum Wuilielmum in eius volta. Actum in capitulo, .mclxiii., .xxviii. septembris, indictione .x.

MCXXIX.

Lodo arbitrale di Bonvassallo Bulferico e Filippo Bonifacii in una controversia tra Grisia e Bongiovanni Guaraco (29 settembre 1163).

(1) *Cancellato:* ad divisionem.

Boni Iohannis Guarachi].

Arbitri, ut ipsimet dicebant, inter Bonum Iohannem Guaracum et Domunmideum iudicem, uxore sua Grisia ei in hoc commictente vices suas, Bonus Vassallus Bulfericus et Philippus Bonifacii de libris quatuor minus solidi quinque quas ipse Dondedeus et eius uxor ipsi querebant, cum in manus eorum sub pena simili ambo compromisissent, absolverunt ipsum Bonum Iohannem de ipsis lb. .iii. minus s. .v., laudantes ut inde ulterius conveniri vel molestari non possit ab ipso Dondedeo eiusve coniuga Grisia. Hoc etiam ideo fecerunt quia, dum ipse Donadeus ei prefixam quereret quantitatem, idcirco quod uxor eius Grisia ei prestasset sex libras ad tres quatuor et de quatuor quinque, quod inter totum comprehendebat lb. .viii. minus s. .v., de quibus ipse Bonus Iohannes ei solverat .iii. lb., dicebat ipse Bonus Iohannes quod ei amplius non deberet, cum evidenter passus esset naufragium, ex quo pro ratione rerum quas portaverat (1) se dicebat non rehabuisse tantumdem, cum se apud Rapallum absentasset et ibi mensuali absentia esset, quia similiter quamvis inde sepe esset commonitus ad ipsis arbitris (2), licet etiam ipse Donadeus testibus se probatum obiceret quod communis vox esset connatorum eius quod solidummodo s. .xxx. per singulum amisisset quia hoc supercedit et neglexit probare, [fo. 143 v.] ipse Bonus Iohannes ad beatum Iacobum secessit, reversus ipse Donadeus recucurrit et ad consules et inde sententiam tulit, quamvis per ipsos arbitros (3) nul latenus remansisset nisi per eorum absentiam parvum quod infra terminum statutum non iudicarunt, quia tamen ipsi arbitri non minus tenebantur sententiam dare ipso Donadeo absente per consumaciam, dederunt iuramentum prefato Bono Iohanni manifestare sine fraude quid in itenere illo portasset quodve amisisset, aut quid inde sibi ullomodo superfuisset et quum manifestavit quod plures lb. .xvii. portavit in itenere illo et quod inde rehabuit nisi tarenos .cl. de quibus non habuit ultra lb. .xi. et s. .v. cum plus tercia amisisset et eius duas partes illius mutui reddidisset sub pena quia invicem ipse partes compromiserant observandi eorum sententiam, absolventes laudaverunt ut supra. Actum in capitulo, .MCLXIII., .XXVIII. septembris, indictione .xi.

MCXXX.

Stabile e Ansaldo Garraton contraggono una societas per affari che il secondo svolgerà a Tunisi (29 settembre 1163).

(1) Cancellato: non re.

(2) Da cum.... arbitris per postilla al termine dell'atto richiamata nel testo.

(3) Cancellato nos e ipsos arbitros in sopravlinea.

Stabilis et Ansaldi Garratoris].

Testes Simonus Bucucius, Oger Pelosus, Ribaldus de Sauro et Genoardus Tasca. Societatem contraxerunt Stabilis et Ansaldus Garrator in qua ut mutuo professi sunt Stabilis contulit lb. .LXXXVIII. et Ansaldus lb. .XLIII. Hanc societatem Ansaldus laboratum portat Tunensem (1) vel quo iverit navis qua vadit, scilicet Baldeconis Grassi et Girardi, in reditu in potestatem Stabilis vel eius nuncii ad divisionem, capitali diducto, proficuum sunt per medium partituri. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxviii. die septembbris, indictione .xi.

Licentiam ei dedit preterea Stabilis de ipsa pecunia Ianuam mittendi in ea navi que sibi convenientior videbit.

MCXXXI.

Guglielmo Malfigliastro fa quietanza al padre Bongiovanni Malfigliastro di quanto questi gli aveva promesso per l'emancipazione (3 ottobre 1163).

Boni Iohannis Malfiastri].

Testes Rainaldus Rundana, Anselmus de Ima, Martinus de Calcia et Petrus papiensis. Ego W. Malfiaster voco me quietum et solutum a te Bono Iohanne Malfiastro de libris quadringentis in mobilia et libris centum in terris, quas michi conveneras quando me emancipasti. Actum in capitulo, .MCLXIII., .iii. octubris, indictione .xi.

MCXXXII.

Ingone Bedello e Guglielmotto Ciriolo contraggono una accomandatio (7 ottobre 1163).

Wuilielmoti Cirioli].

* Testes Bernicon Serra, Raimundus, Crispinus et Petrus Vinater. Ego Ingo Bedellus profiteor portare de rebus Wuilielmoti Cirioli in Setà et papiris libratas .xxxxi. et sol. .vi. apud Tunensem, inde Ianuam in potestatem Wuilielmoti vel eius nuncii et non debet inde facere expensas nisi in fornimento pecunie, in reditu in potestatem Wuilielmoti vel eius nuncii et, capitali diducto, quartam proficui habere debet et ipse Wuilielmotus in suo causimento reservavit hoc quod inde non fuerit expense. Actum in capitulo, .MCLXIII., .vii. octubris, indictione .xi.

(1) *Sic nel ms.*

MCXXXIII.

Lamberto Guercio e Vassallo Buga contraggono una societas per affari che il secondo farà a Tunisi e altrove (7 ottobre 1163).

Lamberti Guercii et Vassalli].

Testes Lanfrancus Galeta, Guido Guidonis de Laude, Vivaldus Enfladus et Martinus de mari. Professi sunt Lambertus Guercius et Vassallus Buga contraxisse invicem societatem in quam ut mutuo professi sunt Lambertus contulit lb. .xxviii. et ille Vassallus lb. .xiii. Ultra portat de rebus Lamberti lb. .iii. d. .xv. ad quartam proficui convertendam in proficuum societatis. Hec Vassallus in navi Oliverii Guarachi apud Tunesim vel quo ierit, in redditu in eius potestatem vel ipsius nuncii et, capitali diducto, ut supra proficuum et omne percacium et lucrum prospere fortune per medium divisuri. Actum in capitulo, .MCLXIII., .vii. octubris, inductione .xi.

[*fo. 144 r.*].

MCXXXIV.

Boiamondo di Odone vende una terra in Nervi a Lanfranco Pevere (8 ottobre 1163).

Lanfranci Piperis].

* Testes Iordanus de Gisulfo, Obertus de Nigro, Bonusvassallus advocati et Bonusvassallus de Mascaro. Ego Boiamundus Odonis cepi a te Lanfranco Pipere libras centum decem denariorum ianuensium finito precio pro tota terra plena et vacua que adversus advocationem michi laudata fuit et tradita consulatu in Nervi videlicet pro terra de castagneto, cui coheret ab una parte via publica, ab altera frustum tuorum, a tercia Porcellorum, a quarta littus maris et pro canneto de ponte cum vinea adherenti que terra est super toto tabule .c. et pro parte qua idem advocationis habebat in bosco infra viam. Quod totum plenum et vacuum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure tibi pro supradicto integrum vendo, faciendum inde proprietario nomine quicquid volueris tu et heredes tui aut cui dederis quicquid volueritis sine mea contradictione et meorum heredum et omnium pro me, stipulanti etiam tibi sub pena dupli promitto per me et heredes meos hanc vendicionem tibi et heredibus tuis ab omni homine legittime defendere et actoricare sicut valuerit aut pro tempore fuerit meliorata, pro evictione dupla bona mea habita et habenda tibi pignori subicio ut, nisi ita, deinde tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis meis que malueris pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari

facias ac nomine vendicionis possideas. Possessionem tibi dedi ipsius vendicionis et dominium te habere profiteor. Actum in capitulo, .MCLXIII., .VIII. octubris, indictione .XI.

MCXXXV.

Wilia del fu Ansaldo Gabo vende ai fratelli Lamberto e Alberto Grillo una terra in Genova (13 ottobre 1163).

Lamberti Grilli].

Testes Martinus de māri, Wuilielmus Grata domina, Aliner de porta, Conradus guardator et Martinus de Calcia. Ego Wilia quondam Ansaldi Gabi cepi a vobis Lamberto Grillo et Alberto fratribus libras decem et octo et solidos sex denariorum ianuensium finito precio pro pecia una terre, que est in Castelletto de Clapis, cui coheret inferius fossatum, superius via, a latere terra quondam Merlonis Lancee acute, a quarta terra filiorum quondam Rolandi de Stella, quam terram iuris mei cum ingressu et exitu suo et omni suo iure plenum et vacuum vobis pro supradicto precio vendo et trado faciendum inde proprietario nomine a vobis et heredibus vestris aut cui dederitis quicquid volueritis sine mea contradictione et heredum meorum et omnium pro me. Stipulantibus etiam vobis sub penam dupli promitto ipsam vendicionem nunquam amplius impedire, quin immo vobis et heredibus vestris per me et heredes meos sicut valuerit aut meliorata fuerit legitime defendere ab omni homine, pro evictione dupli bona que habeo et habitura sum pignori vobis subicio, ut, nisi ita observavero, exinde vestra actoritate et sine decreto in eis que malueritis intrare possitis pro sorte et pena et quantum hoc sit vobis facere estimare et possidere nomine vendicionis. Possessionem predicte vendicionis deditis vobis profiteor. Actum in pontili capituli, .MCLXIII., .XIII. octubris, indictione .XI. (1).

MCXXXVI.

Anivina conviene colla madre Matelda e con lo sposo Tedisio Zulcani circa la costituzione della propria dote e quest'ultimo gli costituisce l'antefactum (25 ottobre 1163).

Mateldis sororis Calvi et Anivine filie eius et Tedesii Culcani].

Testes Corsus Serre, Ansaldus Voiadiscus, Lambertus Ghecius, Calvus, Gandulfus de Gotiçone, Braudemus Geremias et Berniçon Scotus. Anivina filia ipsius Mateldis consilio propinquorum suorum

(1) Cancellato con la parola: OGER.

Ansaldi Voiadischi Calvi, Lamberti Guecii et Gandulfi de Gotiçone, cum in virum acciperet Tedisium Çulcani nec ei satisfacere posset aliter e dote promissa, cum matri omne patrimonium eius obligatum habet pro suo antefacto, donavit ipsi matri sue, si ipsa vel aliquis per eam per totum augustum dederit lb. .LXV. memorato Tedisio, quicquid preterea in eius poterit patrimonio reperiri et quod ab ea quantitate supererit in domu qua resident que fuit quondam Iohannis de Gibella patris eius. Quod si non dederit in ipsa domu debent appreciari ei libras septuaginta et residuum habere debent si voluerint pro appreciatu, si non, ipsius matris sue esse debet, cui dedit quicquid aliud est in fruge paterna, preter predictas lb. .LXX. quas habere debet cum predicto viro suo, ob quod cum ipsam quantitatem ei mater eius absolutam dimittat. Iuravit ipsa Anivina hanc donacionem omni tempore firmam habere et non retractare, nec inde ullam amplius requisitionem facturam per se vel aliam personam, nisi si ipsa mater sua decesserit absque alio filio vel filia aut eius licentia et quod tempore quo etatis erit inde faciet ei cartam in laude sui iudicis. Tedisius etiam similiter iuravit quod in predicta donacione nil amplius requiret ultra hoc quod inde exceptum est et convenit ipsi coniugi sue .LXXX. lb. pro antefacto, patre promittente se ad hoc consensurum in bonis suis. Actum in domu predicta, .MCLXIII., .xxv. octubris, inductione .xi. (1).

[*fo.* 144 v.]

MCVXXVII.

Balduino di Ben vende una terra in Genova ad Oberto Pezudo (1 novembre 1163).

Oberti Peçudi].

* Testes Bigotus iudex, Ido Picius, Boleratus et Bonifacius Pançanus. Ego Balduinus de Ben profiteor cepisse a te Oberto Peçudo libras quinquaginta duas denariorum ianuensium finito precio pro pecia una terre que est prope domum tuam, nominatim pro tabula una et quinque pedibus vivis, cui coheret ab una parte domus tua, ab altera tresenda, ab altera via, ab altera domus quondam Arnaldi Rubei. Infra quas coherencias pro supradicto precio tibi vendo prefixam quantitatem, faciendum inde proprietario nomine a te et heredibus tuis, aut cui dederis quicquid volueritis sine mea contradictione et meorum heredum et omnium pro me, non impedire et ab omni homine legittime deffendere sicut valuerit aut meliorata fuerit, sub pena dupli stipulanti tibi promitto. Possessionem tibi

(1) L'atto è cancellato con la parola: OGER.

dedi, pro evictione dupli bona que habeo et habiturus sum tibi pignori subicio, ut nisi ita observavero exinde tua auctoritate et sine decreto intrare possis in bonis meis que malueris pro sorte et pena et quantum id fuerit tibi accipias et estimari facias ac nomine vendicionis possideas sine mea contradictione et omnium pro me. Iurasse profiteor me hanc donacionem omni tempore firmam et stabilem habiturum et nullatenus impediturum et quod tempore quo etatis ero inde tibi cartam faciam in laude tui iudicis. Ben similiter mater eius quicquid iuris in ea habet ei Oberto donavit profitendo se iurasse amplius nil inde repetere. Actum ante ecclesiam Sancti Iohannis prope Sancto Laurentio, .MCLXIII., prima novembris, inductione .xi.

MCXXXVIII.

Donisis vende a Marchese Della Volta un sedime in Genova (1 novembre 1163).

Marchionis de Volta].

Testes Oger Nocentius, Ingo Nocentius, Marinus de Caffaro et Ansaldus Abaialardi. Ego Donisis cepi a te Marchione de Volta libras ducentas triginta finito precio pro toto eo quod michi laudatum est per consulatum placitorum et estimatum per estimatores pro patrimonio meo in sedimine isto in quo sumus, faciendum inde proprietario nomine a te et heredibus tuis aut cui dederitis quicquid volueritis sine mea contradictione et meorum heredum et omnium pro nobis. Possessionem tibi dedisse profiteor, stipulanti etiam tibi sub pena dupli promitto quod hanc vendicionem nunquam impediam set tibi et heredibus tuis aut cui dederis per me meosque heredes ab omni homine legitime defendam et actoriabo sicut valuerit aut fuerit meliorata. Pro evictione dupli bona mea habita et habenda pignori tibi subicio, ut, nisi ita observavero, exinde tua auctoritate et sine decreto intrare possis in bonis meis que malueris et quantum hoc fuerit tibi accipias et facias estimari et possideas nomine vendicionis et inde quid velis facias sine et cetera. Actum in eadem domu, millesimo centesimo sexagesimo tertio, prima novembris, inductione .xi.

MCXXXIX.

Fredenzone figlio del fu Martino dichiara di aver ricevuta la dote della moglie Giulia e le costituisce l'antefactum (3 novembre 1163).

Guilie sororis Tadonis guardatoris].

* Testes Wuilielmus de Sauro, Gilius de Predi, Wuilielmus Calegar, Bonus Iohannes de domo et Berardus Calegar. Ego Fredençon filius quondam Martini de molino profiteor me habuisse de dotibus uxoris mee Guilie filie quondam Iohannis de Testana libras septem et inde me appello quietum, do itaque ei pro antefacto ad habendum et tenendum pro more et consuetudine huius civitatis in bonis que habeo et habiturus sum quod tantundem valeat. Tado suscepit pro sorore sua. Actum in capitulo, .MCLXIII., .III. die novembris, indictione .XI.

MCXL.

Guglielmo del fu Gandolfo Rubeo e Alguda del fu Iterio vendono due pezze di terra a Lamberto di Marino (3 novembre 1163).

Lamberti de Marino].

Testes Merlo Guaracus, Oto Nibius, Oger Collus, Ido vicecomes et Iordanus Binçirrus. Nos Wuilielmus quondam Gandulfi Rubei et Alguda quondam Iterii, iugales, profitemur cepisse a te Lamberto de Marino s. .xx. denariorum ianuensium finito precio pro duabus peciis terre quas habere visi sumus in Ruscarolio in loco ubi dicitur Felegaria, uni quarum coheret terra Wuilielmi de Felegaria ab una parte, a duabus fossa- [fo. 145 r.] tum, a quarta terra Silvagni, alteri ab una parte fossatum, a duabus terra filiorum Superbie, desuper terra tua. Infra has coherencias plenum et vacuum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure tibi pro supradicto precio vendimus, faciendum inde proprietario nomine a te et heredibus tuis aut cui dederis quicquid volueritis sine nostra contradictione et heredum nostrorum et omnium pro nobis. Possessionem tibi dedimus, stipulanti etiam tibi sub pena dupli promittimus non impedire immo ab omni homine supradictam vendicionem legitime defendere sicut valuerit aut meliorata fuerit et cetera. Pro evictione quoque dupli bona nostra tibi pignori obligamus, ut, nisi ita observaverimus, exinde in eis tua actoritate et sine decreto intrare possis pro sorte et pena et quantum hoc sit tibi facias estimari et deinde nomine vendicionis possideas sine nostra contradictione et heredum nostrorum et omnium pro nobis. Actum in curte domus ipsorum iugalium, .MCLXIII., .III. novembris, indictione .XI.

Alguda consilio propinquorum Otonis Russi et Idonis Nive abrenuncians senatus consulto et iuri hypothecarum.

MCXLI.

Guglielmo del fu Gandolfo Rubeo e Alguda, coniugi, vendono la metà di un sedime a Guglielmo Vento (4 novembre 1163).

Wuilielmi Venti].

Testes Matheus Pignol, Anselmus iudex, Wuilielmus Suçopel, Rolandus frater eius, Ogerius Amici, Ogerius Sicce, Oger Capra et Raimundus bancherius. Nos Wuilielmus quondam Gandulfi Rubei et Alguda, iugales cepimus a te Wuilielmo Vento libras quadringentas denariorum ianuensium finito precio pro medietate pro in diviso tocius sediminis quod michi et bone memorie fratri meo Ionathe ex successione patris nostri pervenit in ora sancti Laurentii tocius in integrum quod in ea ora habere visi sumus, exceptis edificiis super edificiariorum, illis scilicet que nostra non sunt. Pro supradicto itaque precio vobis ipsam medietatem vendimus cum ingressu et exitu suo et omni suo iure faciendum inde proprietario nomine te et heredibus tuis aut cui dederitis quicquid volueritis sine nostra contradictione et nostrorum heredum et omnium pro nobis. Stipulanti etiam tibi sub pena dupli promittimus quod ipsam vendicionem per nos et nostros heredes tibi et tuis heredibus aut cui dederitis non impediemus, set ab omni homine (1) deffendemus sicut valuerit aut meliorata fuerit. Possessionem tibi dedimus, pro evictione dupli bona que habemus et habituri sumus pignori tibi subicimus, ut, nisi ita observaverimus, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis nostris que malueris pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari facias ac nomine vendicionis possideas. Ego Alguda faciens hoc consilio et actoritate propinquorum meorum Mathei Pignolii, Wuilielmi Sucipellis et Rolandi fratris eius quantum in hoc casu. Abrenuncio iuri hypothecarum et senatus consulto Velleiani. Actum in domu eiusdem Wuilielmi Venti, millesimo centesimo sexagesimo tertio, .mii. novembbris, inductione undecima.

MCXLII.

Guglielmo Vento, in relazione al doc. MCXLI, si obbliga a pagare entro un biennio metà del prezzo dovuto a Guglielmo del fu Gandolfo Rubeo e Alguda, coniugi (4 novembre 1163).

Predictorum iugalium].

* Die loco et testibus eisdem. Ego Wuilielmus Ventus profiteor de-

(1) Cancellato: legitime.

bere vobis Wuilielmo quondam Gandulfi Rubei et Algude iugali-
bus libras ducentas denariorum ianuensium, quas interdiu a vobis
licentia habita usque biennium per me vel meum nuncium in di-
nariis stipulantibus vobis sub pena dupli me soluturum promitto,
pro sorte itaque et pena. Subicio vobis pignori omnia bona mea ut,
nisi ita adtendero, exinde pro utroque vel altero quod malueritis,
vestra actoritate et sine decreto intrare possitis in bonis meis que
malueritis et quantum hoc fuerit vobis accipiatatis et faciatis estimari
ac nomine vendicionis possideatis. Actum in domo predicta.

MCXLIII.

*Guglielmo del fu Ganolfo Rubeo dichiara di aver avuta la dote di
Alguda sua moglie e le costituisce l'antefactum (4 novembre
1163).*

Algude uxoris predicti Wuilielmi].

* Die loco et testibus supradictis. Ego Wuilielmus quondam Gan-
dulfi Rubei profiteor me habuisse de dotibus Algude uxoris mee in-
ter mobiliam prius habitam et id quod cepi de terris et domibus
eius quas vendidi libras septingentas, exceptis terris illis et domibus
quas adhuc hodie ex dote eius invicem tenemus et habemus et ex
tot me quietum appello. Confiteor etiam quod ei dedi pro antefacto
ad habendum et tenendum pro more et consuetudine huius civita-
tis libras centum in bonis quam habebam et habiturus eram, pro
quibus omnibus ei obligo quod habeo in Albiçola et alias aut de ce-
tero sum habiturus.

[*fo. 145 v.*].

MCXLIV.

*Guglielmo Della Volta promette ad Ardizone Picamiglio di sposare
la figlia (9 novembre 1163).*

Ardeçonis Picamilii].

Testes Oto de Caffaro, Marinus de Caffaro, Oto frater eius et Spe-
capreda. Ego Wuilielmus de Volta consensu presentis patris mei
Ingonis de Volta tibi Ardiçoni Picamilio stipulanti promitto pe-
nam librarum trecentarum si aliquo casu, nisi mortis impedimen-
tum contigerit, quando filius meus, de quo nobiscum collocutum
est, iugetur filie tue, de qua similiter collocutum est, aut si coniu-
gium illud aliqua alia causa remanserit. Propterea omnia bona mea
et que michi pater meus consensit tibi pignori oblige, ut nisi sic
et cetera. Pater ei in hunc modum consensit. Actum prope paradi-

sum Sancti Laurentii, iuxta domum Oberti Guarachi, .MCLXIII., nona die novembris, inductione .xi.

MCXLV.

Matelda moglie del fu Giovanni di Gibella costituisce in dote una casa alla figlia Anivina (9 novembre 1163).

Tedisii Culcani et Anivine coniugis eius].

* Testes Gandulfus de Goticone, Calvus, Rolandus affactator et Geremias. Ego Mathelda uxor quondam Iohannis de Gibella dono tibi Anivine filie mee et remitto quicquid iuris per antefactum aut alio modo habeo in septuaginta libris domus huius qua stamus quo fuit patris tui quas tibi concedo in dotem viro tuo Tedisio et tibi Tedisio genero meo stipulanti sub pena dupli promitto quod nunquam in tempore inde adversus ea vel te aut vestros heredes requisiitionem vel molestiam faciam ullomodo et pro ipsa pena vobis obligo omnia mea bona. Actum in eadem domo, .MCLXIII., .viii. novembris, inductione .xi.

MCXLVI.

Tedisio Zulcano costituisce l'antefactum ad Anivina, dotata dalla madre col doc. MCXLV (9 novembre 1163).

Anivine predice].

* Ea die et loco et testibus. Ego Tedisius Culcanus dono tibi Anivine dilekte sponse mee nomine antefacti ad habendum et tenendum pro more et consuetudine civitatis Ianue in bonis presentis patris mei Wuilielmi Culcani ipso iubente et consentiente et que habeo et habiturus sum quod bene valeat lb. .LXXX. denariorum ianuensium. Pater ei consensit. Actum ut supra.

MCXLVII.

Guglielmo Zulcano si obbliga a restituire a Matelda madre di Anivina la casa data in dote col doc. n. MCXLV contro il pagamento entro agosto di una somma (9 novembre 1163).

Maibildis matris Anivine].

* Eadem die loco et testibus. Ipsi Matheldi stipulanti sub pena dupli convenit ipse Wuilielmus Culcanus quod si ipsa aut per eam aliquis dederit per totum augustum libras sexaginta quinque in denariis quod ipsam domum ei reddi faciet et omnino quietam appellari. Pro ipsa etiam pena bona sua ei pignori obligavit et cetera

MCXLVIII.

Gent de Deu aiuda, Ialente Dathue e Perede Lisla si obbligano di pagare pro Comestabulo una somma a Bernardo macellaio, Pietro Casoli e i suoi consorti (10 novembre 1164).

Bernardi macellatoris, Petri Casolis et suorum consortium].

Gent de Deu aiuda, Ialente Dathue et Perede Lisla recognoscentes Petro Casolio et Bertramo macellatori et filio Gaslie et consortibus pro Comestabulo lb. .xxxxvi. et s. .iii. ianuinorum mutui vel crediti, iurarunt tactis sacrosantis evangelii quod facient ut ipse Comestabulus usque octavam proxime venientis anni novi solverit ipsam quantitatem nuncio vel nunciis eorum quod nisi fecerit ipsi met ipsam solucionem ad eundem terminum facient nuncio vel nunciis ipsorum creditorum que vel quos cum ipsa soluzione securere conducent sine fraude usque in villam Sancti Egidii et si nuncium vel nuncios ad hec recipienda non viderint quod eandem solutionem facient pro eis et eorum nomine ad eundem terminum Bernardo de Paragia vel Peire de Peschera aut ambobus vel priori aut preceptor vel thesaureario hospitalis Sancti Iohannis quod estet ad Sanctum Egidium. Hoc iurarunt coram consulibus Ianue Wui-lielmo de Volta, L. Pipere, Amico Grillo et Guidone de Lauda, Conrado Botario, Aainaldo Rundana, Pançano et Idone vicecomite ad hec testibus convocatis. Actum in capitulo, millesimo .CLXIII., .x. die novembris, indictione .xi.

[*fo. 146 r.*].

MCL.

Frammento di un atto di riconoscimento di debito (1).

mea tibi faciam fieri cartulam huiusmodi finis et refutacionis, vel tuo nuncio si impedimento remanserit eo transacto si tua licentia ad terminum indultum pariter tenebor si postulaveris per te vel nuntium tuum. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xx. ianuarii, indictione .xi.

MCL.

Guglielmo di Alinerio manomette il proprio servo Oberlo del fu Pietro di Caschifelone (22 giugno 1164).

(1) Lacuna nel ms. Vedi a questo proposito quanto ampliamente è stato detto nell'Introduzione. Nel ms. la lacuna è notata come segue: Hic in cartu-

Libertas Oberti quondam Petri de Caschifelone].

Testes Roger de Iusta, Ansaldus Cintracus, Ugo Scotus et Astulfinus, Homo Cintrachi. Ego Wuilielmus Alinerii manumitto Ober-
tum quondam Petri de Caschifelone servum meum et a manu et po-
testate mea separo, omnimodam sibi facultatem conferens et cete-
ra. Promitto etiam tibi Wuilielmo de Volta accipienti pro eo quod
hanc libertatem firmam et stabilem semper tenebo per me et here-
des meos sub pena lb. .x. auri optimi stipulanti tibi promissa. Hoc
autem facio et causa Dei quod libertatis actor extitit et pro soldis
centum quos michi dedisti ob eius libertatem et insuper in legali-
tate mea tibi promitto quod hanc libertatem firmam semper habe-
bo. Ego Alinerius de Porta sub eadem pena tibi Wuilielmo de Vol-
ta stipulanti promitto quod faciam, ut hanc libertatem firmam ha-
beat quousque maior annorum .xxv. inde predicto Oberto cartam
fecerit in laude sui iudicis. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxii. ia-
nuarii, inductione .xi.

MCLI.

Lavorante contrae un mutuo con Ingone Novello (25 gennaio 1164).

Ingonis Nocentii].

* Testes Rainaldus Rundana, Merlo Guaracus et Ribaldus de mari.
Ego Lavorantis cepi mutuo a te Ingone Nocentio lb. .xv. denario-
rum ianuensium, quas per me vel meum missum tibi vel tuo misso
mitto, bona pignori, intrare et cetera et facere estimari et possidere
usque proximum pasca persolvam, penam dupli tibi stipulanti pro-
nominie vendicionis et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxv.
ianuarii, inductione .xi.

MCLII.

*Lavorante dichiara a Ingone Nocenzio le merci e i capitali di una
acomandacio (25 gennaio 1164).*

Ingonis Nocentii et Alvernacii].

* Testes Rainaldus Rundana, Baldo Rubeus, Firminus Cintracus et
Ogerius Panis. Ego Lavorantis habeo in Provincia lb. .cccc. mirgo-
rensum, in quibus Ingo Nocentius habet lb. .CLXVI. s. .xiii. d. .iv.
capitalis quas teneo ad quartam proficui. Hoc ad portandum et mit-
tendum laboratum sicut res meas. Ex ipsis habeo inter Montempe-

Iari desiderant plures carthae ubi erant exemplaria contractuum et laudum
Iohannis scribe a .x. die novembris .MCLXIII. usque ad diem .xx. ianuarii
.MCLXIII.

sulanum et Sanctum Egidium piperis carricas .xviii. et brazilis .vi.
carricas et .viii. caricas de roca et libratas .lxxxv. inter lacam et
nixadram et .xxxviii. ferrionorum et Ianue habeo lb. .xxxx. Ian-
ue valens, set in his lb. .v. ianuinorum et lb. .xxviii. mirgoren-
sium est de debito. De rebus Ingonis Nocentii non debent fieri ex-
pense nisi in fornimento ipsius pecunie. Actum in capitulo, mille-
simo centesimo sexagesimo quarto, .xxv. ianuarii, indictione un-
decima.

MCLIII.

Marchese Cimamaris vende a Fulcone Cascina una terra in Voltri
(29 gennaio 1164).

Fulconis Casone].

Testes Wuilielmus Malocellus, Enricus Malocellus, Conradus Ca-
scina, Baldo de Giulia Contessa, Rainaldus de Opiçone et Ansaldus
Cebe. Ego Marchese Cimamaris cepi a te Fulcone Cascina libras no-
vem denariorum ianuensium finito precio pro tabulis .xxviii. terre
in Vulturi. Infra has coherencias, a duabus terra tua, a tercia terra
Alexandrie, a quarta Cartaionie, plenum et vacuum cum ingressu
et exitu suo et omni suo iure et, si plus est, cum via inferiori me-
diatatem vendo ut propriam, medietatem ut alienam, omnem autem
ut propriam stipulanti tibi ab omni homine legittime defendere
promitto sub pena dupli sicut valuerit aut meliorata fuerit, pro evi-
ctione dupli bona pignori ut nisi sic exinde pro sorte et pena intra-
re possis in bonis meis que malueris tua actoritate et sine decreto
et quantum hoc fuerit tibi facias estimari et nomine vendicionis
possideas et cetera. Possessionem et dominium tibi dedi. Actum co-
ram domu Wuilielmi Malocelli, millesimo centesimo .lxiii., .xxix.
die ianuarii, indictione .xi.

[*fo. 146 v.*].

MCLIV.

Marchese Cimamaris vende a Corrado Cascina un castagneto (29
gennaio 1164).

Conradi Cascine].

* Testes qui in superiori carta et dies et locus idem. Ego Marchese
Cimamaris cepi a te Conrado Cascina s. .xxx. denariorum ianuen-
sium finito precio pro toto eo quod habeo in Bennemur castanetum
plenum et vacuum quod michi pervenit ex parte Maniantis, facias
itaque inde pro supradicto precio nomine vendicionis quicquid vo-

lueris (1) tu et heredes tui aut cui dederis sine mea contradictione et meorum heredum et omnium pro nobis, medietatem ut propriam, medietatem ut alienam, omnem autem defendere ut propriam. Stipulanti tibi sub pena dupli promitto, pro evictione dupli bona pignori, ut nisi sic observavero, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis meis que malueris et quantum hoc erit tibi accipias et estimari facias et nomine vendicionis possideas et cetera. Possessionem et dominium tibi dedi. Actum ut supra.

MCLV.

Embron si obbliga di pagare a Tancleo Maçanello una somma al 2 febbraio 1165 (30 gennaio 1164).

Tanclei Maçanelli].

Testes Rainaldus Rundana, Iordan de Forti, Aimericus et Gocius. Ego Embron debeo tibi Tancleo Maçanello lb. .LXXV. denariorum ianuensium, quas stipulanti tibi sub pena dupli dare promitto usque secundum festum purificacionis Beate Marie, propterea bona mea tibi pignori obligo, quod nisi ita observavero, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis meis que malueris pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari et nomine vendicionis possideas et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., ultima ianuarii, indictione .xi.

MCLVI.

Ribaldo Seraphia si obbliga verso Marchese Della Volta di dare un pegno per un debito di Oberto Pezudo (4 febbraio 1164).

Marchienis de Volta].

* Testes Alvernacius, Ingo Puella, Iohannes Grancius, Ansaldus de Nigro et Oliverius de Verduno. Ego Ribaldus Seraphia promitto tibi Marchioni de Volta stipulanti sub pena dupli quod, nisi Obertus Pequodus tibi solverit lb. .CCXXXV. denariorum ianuensium pro .XXXVI. centenaria brasilis quod ei vendidisti ad rationem lb. .vi. et s. .v. per centenaria, quod ego exinde infra terciam diem dabo tibi pignus mobilie quod ultra valeat lb. .L. et de quo bene possis habere illud pagamentum et, si inde eo defeceris, tibi suplebo et pignus illud tibi ab omni homine legitimate defendam, abrenuncians ei legi per quam prius secundo prior debitor convenitur et pro ipsa pena et sorte bona mea tibi pignori obligo, ut, nisi ita ad-

(1) Cancellato: sin.

tendero, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis meis que malueris pro sorte et pena et quantum hoc erit tibi facias estimari et nomine vendicionis possideas et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., quarta die februarii, inductione .xi.

MCLVII.

Tancleo Mazanello fa quitanza agli eredi di Guglielmo Croso di ogni somma dovutagli in dipendenza di rapporti di societas e di accomandacio (4 febbraio 1164).

Herendum Wuilielmi de Camussana et Ospineli ac Raffaldi].

Testes Obertus Cancellarius, Ansaldus de Nigro et Iohannes de Prinà. Ego Tancleus Maçanellus voco me quietum et solutum de omni societate et accommodacione mea vel fratriss mei quondam Ingonis Farisei, quam holim Wuilielmus Crosus holim habuit et ideo finem et refutacionem pro me et nepotibus meis filiis predicti Ingonis finem et refutacionem facio vobis Hospineli et Rafaldo et heredibus predicti Wuilielmi, sub pena dupli vobis cum stipulacione promittens quod vos (1) inde ab omni dampno et requisitione absolvam ab ipsis nepotibus meis. Pro pena bona pignori et cetera. Pro societate habui lb. .cxiii. a vobis ultra hoc quod inde habueram et de accommodacione cantara sex et rotulos sexagesinta bombacis. In capitulo, .MCLXIII., .iv. consulatus, inductione .xi.

[*Ifo. 147 r.*].

MCLVIII.

Ogerio Pignol fa quitanza al padre Matteo di una somma (7 febbraio 1164).

Mathei Pignolii].

* Testes Alexander Nasellus, Bonus Vassallus de Primo et Ansaldus de Roperga. Ego Ogerius Pignol voco me quietum et solutum a te Matheo Pignolio patre meo de lb. .ciii. cum lb. .xvi. quas habebam et ratione matris mee sicut michi promiseras. Actum in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo quarto, .vii. februarii, inductione .xi.

MCLIX.

Anselmo di Barbarola fa donazione a Giovanni Quartano, suo figlio emancipato, del peculio e di altre somme (7 febbraio 1164).

(1) *Cancellato:* inde ab.

Iohannis Quartani filii Anselmi de Barbarola].

Testes Merlo Guaracus, Iohannes Grancius, Lanfrancus Grancius de Burgo, Berniçon Serra. Ego Anselmus de Barbarola dono tibi Iohanni Quartano filio meo emancipato pro parte tua tocius eius quod tibi ex meis vel maternis bonis pervenire potest, omne peculium tuum et omnes res quas tu vel alius per te hodie habes. Ficias itaque inde proprietario nomine quicquid volueris sine omni mea et meorum heredum contradictione et omnium pro nobis. Actum in capitulo, .MCLXIII., .vii. februarii, indictione .xi.

MCLX.

Giovanni Quartano dichiara al padre Anselmo di Barbarola di aver ricevuto le somme di cui al doc. MCLIX (7 febbraio 1164).

Anselmi de Barbarola].

Eadem et eisdem testibus. Ego Iohannes Quartanus retineo a te Anselmo de Barbarola patre meo peculium meum pro toto eo quod ex tuis vel maternis bonis michi pervenire posset et ea que ego et alius pro me habet et abrenuncians iuri quo inhibetur pactum de futura successione, stipulanti tibi sub pena dupli promitto quod inde amplius non inquietabo te vel heredes tuos et pro ipsa pena bona mea tibi pignori subicio ut, nisi sic, et cetera.

MCLXI.

Picamiglio vende a Ribaldo di Ginistedo una terra (8 febbraio 1164).

Ribaldi de Ginestedo].

Testes Merlo Guaracus, Ansaldus de Nigro, Aimericus et Adamonus guardator. Ego Picamilium cepi a te Ribaldo de Ginistedo filio Ribaldi de Ginistedo s. .x. denariorum ianuensium finito precio pro quinta tocius eius (1) pleni et vacui quod domui nostre pervenit in Ginistedo ex parte quondam matris mee, non impedire, ab omni homine defendere sicut valuerit, sub pena dupli stipulanti tibi promito pro evictione bona pignori ut, nisi sic, exinde intrare et facere estimari et nomine vendicionis possidere tua actoritate et sine decreto et cetera. Possessionem dedi. Actum in capitulo, .MCLXIII., .viii. februarii, indictione .xi.

(1) Cancellato illo ed eius in sopravlinea.

MCLXII.

Guglielmo Vento per il nipote Simonetto autorizza i soci del suo fratello Ogerio defunto a tutte le operazioni commerciali alle quali li avevano autorizzati Ogerio e Pietro suoi nipoti (13 febbraio 1164).

Sociorum filiorum quondam Ogerii Ventis].

* Testes magister Causa, Raimundus bancherius et Poncius frater eius. Ego Wuilhelmus Ventus pro Simoneto nepote meo dono eandem licentiam commutandi, portandi et mittendi laboratum sociis quondam Ogerii fratris mei, quam vos, Ogeri et Petre nepotes mei, ei dederitis pro partibus vestris. Actum in vacuo mercati civitatis prope lapides piscium, anno millesimo centesimo sexagesimo quarto, .xiii. februarii, indictione undecima.

MCLXIII.

Marchese Cimamaris vende a Oberto Corso un oliveto in Recco (19 febbraio 1164).

Oberti Corsi].

Testes Ido Gontardus, Enricus Maçal, Oto Cartainenie, Albertus de Custode, Bon Petrus. Ego Marchese Cimamaris cepi a te Oberto Corso libras viginti denariorum ianuensium finito precio pro toto eo quod ego et frater meus habere visi sumus in oliveto in partibus Rechi, quod totum plenum et vacuum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure tibi pro supradicto precio vendo et trado faciendum inde proprietario nomine a te et heredibus tuis aut cui dederis quicquid volueritis sine omni nostra contradictione et heredum nostrorum et omnium pro nobis, medietatem ut propriam, medietatem ut alienam, omne autem stipulanti tibi sub pena dupli ab omni homine legitimie defendere et actoriare promitto sicut valuerit aut meliorata fuerit. Pro evictione bona pignori, ut, nisi sic, exinde intrare et cetera et facere estimari, sine decreto et nomine vendicionis. Possessionem dedi. Actum coram Sancto Iohanne, .MCLXIII., .xviii. februarii, indictione .xi.

[*fo. 147 v.*].

MCLXIV.

Bertoloto e Adalasia figlia del fu Ogerio vendono a Marchese Cimamaris un podere (19 febbraio 1164).

Marchionis Cimemaris].

Testes Enricus Maçalis, Merlo Guaracus, Ansaldus de Nigro, Wui-

lielmus Smerigius, Berico de Çotulo et Obertus Rangus ac Buccadanel. Nos Bertolotus et Adalasia filia quondam Ogerii (1) candelearii cepimus a te Marchione Cimamaris libras quadraginta septem denariorum ianuensium finito precio pro toto eo quod habere visi sumus in Manençano et Ourigo iuris mei Adalasie, excepta pecia .i. quam vendidimus Bono Johanni Vegio pro lb. .m. (2). Quod totum plenum et vacuum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure tibi pro supradicto precio vendimus et tradimus faciendum inde proprietario nomine a te et heredibus tuis aut cui dederitis quicquid volueritis absque nostra contradictione et heredum nostrorum et omnium pro nobis, stipulanti etiam tibi sub pena dupli promittimus quisque pro toto quod hanc vendicionem amplius non impediemus, set ab omni homine defendemus vobis et heredibus vestris sicut valuerit aut meliorata fuerit in consimili loco. Pro evictione dupli bona pignori habita et habenda, ut, nisi sic, exinde tua actilitate et sine decreto et absque nostra contradictione et omnium pro nobis intrare possis in bonis nostris que malueris et quantum hoc erit tibi accipias et facias estimari et nomine vendicionis possideas. Ego Adalasia facio hoc consilio propinquorum meorum Wuilielmi Smerigii et Bericonis de Çoculo, abrenuncians iuri hypothecarum et senatus consulto Velleiani et legi Iulie quod dotale premium inestimatuum vetat alienari. Iuravit etiam ipse Bertolotus in anima sua et predicte Adalasie coniugis sue ipsa iubente quod hanc vendicionem omni tempore firmam et ratam habebunt, nec in contrarium ibunt, aut de precio reclamabunt, set quod pro eodem precio sumpto cum etatis erunt in ei facient cartam vendicionis in laude sui iudicis infra mensem postquam pecierit nisi sicut eius licentia remanserit, nec pretextu minoris etatis contra ibunt. Possessionem ei dedisse professi sunt. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xviii. februarii, inductione .xi. Ego Alda huic vendicioni intercedens deffensionem eius tibi stipulanti sub pena dupli promitto omnia bona mea tibi propterea pignori obligans et cetera abrenuncians senatus consulto Velleiani et quod fideiubeo minoribus.

MCLXV.

Ugo di Baldezone costituisce l'antefactum alla moglie Adalasia (18 febbraio 1164).

Adalasie quondam Merlonis de Brasili].

* Testes Wuilielmus Cavaruncus, Igo Tornellus, Gandulfus Usus-

(1) Ogerii in soprallinea su Angelerii cancellato.

(2) et cancellato col dito.

maris et Ansaldus de Brasili. Ego Ugo Baldeçonis fornarii iussu ipsius Baldeçonis presentis patris mei et eius auctoritate dono Adalasie uxori mee nomine antefacti ad habendum et tenendum pro more et consuetudine huius civitatis tantum quod bene valeat libras centum in bonis ipsius patris mei et, si in eis defecerit, in bonis que habeo et habiturus sum. Ansaldus de Brasili accepit pro ea. Actum in ecclesia Sancti Laurentii, millesimo centesimo .lxiii., .xxiii. februarii, indictione .xi.

MCLXVI

Baldezone Fornari si impegna verso Ansaldo di Brasile di prendere e di amministrare il patrimonio della moglie di Ugone suo figlio (18 febbraio 1164).

Ansaldi de Brasili].

* Testes Wuilielmus Cavaruncus, Ingo Tornellus, Gandulfus Usus maris. Ego Baldeçon Fornarius promitto tibi Ansaldo de Brasili stipulanti sub pena dupli quod ego recipiam patrimonium sororis vestre uxoris Ugonis filii mei, si illud michi dare volueritis et quod postquam filius meus Ugo habuerit annos .xxv. et voluerit a me separari quod ei dabo de meis lb. .c. vel in terris vel mobilibus et lb. .cc. (1) patrimonium videlicet supradictum si inde tantum habuero, ut eas deinceps sibi habeat et omne proficuum quod in eis postea accesserit pro ipsa pena bona mea vobis pignori obligo ut, nisi sic observavero, exinde tua actoritate et absque decreto intrare possis in bonis meis que malu- [fo. 148 r.] eris pro ipsa pena et quantum ea fuerit tibi accipias et estimari facias et nomine vendicionis possideas sine mea contradictione et meorum heredum ac omnium pro nobis. Actum die, loco et testibus supradictis.

MCLXVII.

Martino De Mari e Ingone, banchiere, si obbligano di pagare entro il febbraio 1165 una somma a Blancardo e Bernardo Fulcherio (26 febbraio 1164).

Blancardi et Bernardi Fulcherii].

Testes Obertus Malocellus, Bonus Vassallus Maçalis et Iohannes Busca et Ogerius Panis. Nos Martinus de mari et Ingo bancherius professi sunt (2) se debere Blancardo et Bernardo Fulcherio lb. .lvi.

(1) *Cancellato: d.*

(2) *Sic nel ms.*

denariorum ianuensium quas stipulantibus vobis sub pena dupli usque per totum proximum venturum februarii solvere promittimus ambobus vel alteri vestrum, bona pignori, ut, nisi sic, exinde intrare et cetera et facere estimare et nomine vendicionis possidere. Actum in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo quarto, .xxvi. februarii, indictione .xi. Quisque de toto teneatur et pro toto penam promisit.

MCLXVIII.

Amico Vacca prende a mutuo da Martino De Mari e Ingone, banchiere, la somma da questi ultimi avuta da Blancardo e Bernardo Fulcherio e di cui al doc. n. MCLXVII (26 febbraio 1164).

Martini et Ingonis Bancherii].

Testes Obertus Malocellus, W. Catalan et Rolandus Guaracus. Ego Amicus Vacca profiteor cepisse mutuo (1) a vobis Martino de mari et Ingone bancherio lb. .lvi. denariorum ianuensium, quas a Blancardo et Bernardo Fulcherio mutuastis, unde stipulantibus vobis sub pena dupli promitto quod eas ad terminum quo eas solvere promisistis persolvam vobis vel vestro nuncio, unde pro sorte et pena (2) bona que habeo et habiturus sum vobis pignori obligo, ut, nisi ita observavero, exinde vestra actoritate et sine decreto intrare possitis in bonis meis que malueritis et quantum hoc fuerit vobis accipiat et faciat estimari et possideatis nomine vendicionis. Actum die et loco predicto.

MCLXIX.

Martino De Mari si obbliga verso Ingone, banchiere, di pagare entro otto giorni quanto eventualmente dovesse pagare per il mutuo di cui al doc. MCLXVIII (26 febbraio 1164).

Ingonis bancherii].

* Testes Obertus Malocellus, Nicola Berfogium et Ribaldus Seraphie. Ego Martinus de mari stipulanti tibi Ingoni Bancherio sub pena dupli promitto quod, si pro supradicta manulevacione aliquid solveris aut aliquod dampnum perveneris, quod hoc totum tibi infra octo dies restituam propterea bona pignori intrare et cetera et sine decreto. Actum die et loco predictis.

(1) *Cancellato: a te.*

(2) *Cancellato col dito: q.*

MCLXX.

Giovanni Toxico vende a Marchese Della Volta un podere (2 marzo 1164).

Marchionis de Volta].

Testes Merlo Guaracus, Guidotus Torsellus, Ingo Nosentius et Ansaldus de Nigro. Ego Iohannes Toxicum cepi a te Marchione de volta libras quindecim et medium denariorum ianuensium finito precio pro toto eo pleno et vacuo cum ingressu et exitu suo et omni suo iure quod habere visus sum in Maçasco et toto plebeio Sancti Martini de Irculis quod michi estimatum est lb. .xx. pro dote uxoris mee, quod fuit quondam Iohannis Malocelli socii mei. Facias itaque inde proprietario nomine quicquid volueris tu et heredes tui aut cui dederis (1) sine mea contradictione et cetera stipulanti etiam tibi sub pena dupli promitto quod hanc vendicionem amplius non impediam, immo quod, sicut valuerit aut meliorata fuerit, sub estimacione ab omni homine deffendam et actoriabo et cetera. Pro evictione dupli bona pignori et cetera ut, nisi sic, exinde tua actoritate et sine decreto intrare et facere estimari et possidere nomine vendicionis et cetera. Possessionem dedi. Actum in capitulo, .MCLXIII., .ii. die marci, indictione .xi.

MCLXXI.

Fulcone Buferio e Benenca, coniugi, e Anselmo Buferio e Porcella, coniugi, vendono a Guglielmo Malocello una pezza di terra in Sestri Ponente (3 marzo 1164).

Wuilielmi Malocelli].

Testes Ribaldus de Bonthoma, Albertus de Nigrone, Refutatus iudex, Rainaldus de Beniçone, Guido Pollesinus, Lambertus Porcus, Guido Saccus et Balduinus de Arato. Nos Fulco Buferius et Benenca, iugales, Anselmus Buferius et Porcella, iugales, cepimus a vobis Wuilielmo Malocello libras sexaginta duas et soldos decem et octo finito precio pro duabus partibus pro indiviso unius pecie terre iuris matris nostre quam habere visa est in Sexto, que est per mensuram rectam tabule .ccxxii. super totum, cui coheret a duabus partibus terra vestra, a tercia terra Enrici Amigonis, a quarta via publica, cuius descripte terre duas [fo. 148 v.] partes pro supradicto precio vobis ut rem alienam vendimus faciendum inde

(1) Cancellato: proprietario nomine.

proprietario nomine a vobis et heredibus vestris aut cui dederitis quicquid volueritis sine contradictione nostre predicte matris et nostra et omnium pro ea et nobis. Stipulantibus etiam vobis sub pena dupli promittimus hanc vendicionem sicut valuerit aut meliorata fuerit vobis ab omni homine et predicta matre nostra eiusque heredibus et omnium pro eis defendere et actoriçare quisque nostrum in solidum. Pro evictione dupli bona nostra habita et habenda vobis pignori subicimus quisque pro toto ut, nisi sic observaverimus, exinde vestra actoritate et sine decreto et nostra contradictione et omnium pro nobis intrare possitis in bonis nostris que malueritis in cuiuscumque in solidum et quantum hoc fuerit vobis estimari faciatis et nomine vendicionis possideatis ac inde faciatis nomine vendicionis quicquid volueritis sine nostra contradictione et heredum nostrorum et omnium pro nobis. Abrenunciamus insuper iuri quo nos de pena excusare possemus eo quod scienter a nobis alienam rem comperastis. Possessionem vobis dedisse profitemur. Ego Benenca consilio et actoritate fratris mei Balduini profitentis se esse annorum .xxv. et Lamberti Porci mei propinqui et ego Porcella consilio et actoritate propinquorum meorum Rainaldi de Beniçone et Lamberti Porci hanc vendicionem facimus, abrenunciantes iuri ypothecarum et senatus consulto Velleiani. Actum in ecclesia Sancti Mathei, .MCLXIII., tercio marcii, inductione .xi.

MCLXXII.

Gisla, moglie di Filippo Corvo, vende a Guglielmo Capra una terra in Genova (8 marzo 1164).

Ogerii Capre].

Testes Wuilielmus Ventus, Ogerius Ventus nepos, Wuilielmus Galleta, Oliverius Septem voces, Oliverius de mari, Donadeus Bo-carus, Manentis de Amore. Ego Gisla uxor Philippi Corvi profiteor cepisse à te Ogerio Capra emente nomine patris tui Wuilielmi Capre libras octoginta finito precio pro pecia una terre que est duarum tabularum sicut michi a consulibus Corso Sismundi, Oberto Cancellario et Ugone de Baldeçone laudata fuit et tradita adversus memoratum virum meum, cui ab una parte coheret domus Wuilielmi Venti, ab altera domus quondam Ogerii Venti, retro tresenda, ab anteriori via publica, quam terre mensuram cum muro quod ab exteriori est et omni suo iure tibi pro supradicto vendo, faciendum inde a patre tuo teque et heredibus vestris quicquid volueritis absque nostra contradictione et nostrorum heredum et om-

nium pro nobis. Stipulanti etiam tibi sub pena dupli sicut ipsa terra valuerit aut meliorata fuerit promitto hanc vendicionem amplius non impedire, immo ab omni homine legitime deffendere et actoriçare. Pro evictione itaque dupli bona mea habita et habenda pignori tibi subicio ut, nisi sic adtendero, exinde tua actoritate et absque decreto et sine mea contradictione et omnium pro me intrare possis in bonis meis que malueris et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari facias ac possideas nomine vendicionis. Possessionem tibi dedisse profiteor. Actum sub porticu Idonis Mallonis, .MCLXIII., .VIII. marci, indictione .xi.

MCLXXIII.

Rainaldo Nanfo ed Ermellina del fu Capo Giudeo, coniugi, vendono a Marchese Castagna una terra in Sestri Ponente (13 marzo 1164).

Marchionis Castanee].

Testes Amicus Clericus, Lodoicus Peire ferrarii, Conon iudex, Ansaldus Botinus, Vassallus Daça et Obertus camoginus. Nos Rainaldus Nanfus et Ermellina quondam Capitis iudei, iugales, nos W. Nanfus et Maiordia quondam Vassalli Castanee, iugales, profitemur cepisse a te Marchione Castanea libras quadraginta quinque denariorum ianuensium finito precio pro pecia una terre iuris nostri, quam habere visi sumus in Sexto, cui coheret ab una parte terra Guidoti Çurli, ab altera terra Iordan de Migdonia et (1) terra Otonis Turcii, a tercia terra Pancaldorum, a quarta via publica. Infra has coherencias plenum et vacuum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure tibi pro supradicto [fo. 149 r.] precio vendimus et tradimus, faciendum inde a te et heredibus tuis aut cui dederis proprietario nomine quicquid volueritis sine nostra contradictione et omnium pro nobis. Immo autem stipulanti tibi sub pena dupli promittimus quod ipsam vendicionem sicut valuerit aut meliorata fuerit tibi ab omni homine deffendemus et legitime actoriçabimus, nec impediemus. Pro evictione dupli bona nostra habita et habenda tibi pignori subicimus ut, nisi ita observaverimus, exinde vestra actoritate et sine decreto intrare possitis in bonis nostris que malueritis pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi facias estimari et estimatum nomine vendicionis possideas absque nostra contradictione et omnium pro nobis. Possessionem ipsius vendicionis tibi dedisse profitemur. Ego Ermellina facio hoc consilio et actoritate

(1) Cancellato : Oto.

propinquorum meorum Cononis iudicis et Oberti quandam Anselmi camogini et ego Maordia consilio et actoritate propinquorum meorum Ansaldi Botini et Vassalli Daça, abrenunciantes iuri ypothecarum et senatus consulto Velleiani. Actum in domo monete prope Sancto Laurentio in hospicio Cononis iudicis, .MCLXIII., .xiii. marci, indictione .xi.

MCLXXIV.

Guglielmo del fu Alberto vende a Lazzaro di Struppa una pezza di castagneto (14 marzo 1164).

Testes Laçari de Struppa].

* Testes Bonus Vassallus Maçale, Rainaldus Rundana, Blancardus et Ansaldus de Nigro. Ego Wuilielmus quandam Alberti cepi a te Laçaro quandam Iohannis Laçari s. .xii. finito precio pro medietate unius pecie castaneti, quam peciam habere visus sum in Struppa in loco qui dicitur Sardelesegi, cui ab una parte fossatum, ab altera terra Babolerii et Iohannis Lodrie, ab altera terra tua, ab altera terra filii Petri custodis. Infra has coherencias ipsam medietatem plenum et vacuum cum ingressu et exitu suo et omni suo iuri tibi pro supradicto precio vendo et trado, faciendum proprietario nomine et cetera, stipulanti tibi sub pena dupli promitto non impedire, immo sicut valuerit aut meliorata fuerit ab omni homine defendere et cetera pro evictione dupli bona pignori et cetera et sine decreto et cetera intrare et facere estimari et cetera. Possessionem dedi. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xiii. marci, indictione .xi.

MCLXXV.

Fraimondo Scarsella e Volpe, coniugi, vendono ad Amico di Cuni-zone un podere (23 marzo 1164).

Testes Amicis de Cuniçone].

* Testes Raimundus Crispinus, Wuilielmus Crispinus, Ido de Rica, Amicus de Dactilo, Milus Langaschinus et Sigifredus guardator. Nos Fraimundus Scarsella et Vulpis iugales profitemur cepisse a te Amico de Cuniçone libras duodecim denariorum ianuensium finito precio pro toto eo quod habere visi sumus plenum et vacuum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure cum parte mea domus et torcularis et ceterorum que michi in hoc pertinent, quod totum habere vissi (1) sumus cum sorore tua Rustica, quod michi Fraimun-

(1) Sic nel ms.

do estimatum fuit in dotes predicte uxoris mee, in toto plebeio de Reco, quod totum pro supradicto precio tibi vendimus et tradimus faciendum inde proprietario nomine (1) a te et heredibus tuis aut cui dederitis quicquid volueritis sine nostra contradictione et heredium nostrorum et omnium pro nobis, stipulanti etiam tibi sub pena dupli promittimus quod ipsam vendicionem sicut valuerit aut meliorata fuerit vobis ab omni homine defendemus et autorizabimus nec impediemus, pro evictione dupli bona nostra habita et habenda pignori tibi subicimus, ut, nisi ita observaverimus, exinde pro sorte et pena intrare possis in bonis nostris que malueris et quantum hoc erit tibi accipias et estimari facias et nomine vendicionis possideas, hoc autem sine decreto et cetera. Possessionem tibi dedimus. Ego Vulpis facio hoc consilio et actoritate propinquorum meorum Wuilielmi Crispini et Raimundi Crispini, abrenuncians quantum in hoc casu iuri ypothecarum et senatus consulto Velleiani. Actum Ianue ante domum Idonis de Rica et ante domum ipsorum venditorum, millesimo centesimo .LXIII., .XXIII. marcii, inductione .xi.

[*fo. 149 v.*].

MCLXXVI.

Sigifredo dona l'antefactum alla moglie Lombarda, figlia di Volpe
(23 marzo 1164).

Lombarde filie Vulpis].

Eisdem testibus et eodem die quo supra excepto Sigifredo. Ego Obertus quondam Wuilielmi Blanci dono dilecte uxori mee Lombarde filie tue Vulpis in bonis que habeo et habiturus sum quod bene valeat lb. .xii. denariorum ianuensium, habendas et tenendas pro more et consuetudine huius civitatis. Mater pro ea accepit. Item confessus est se habuisse de patrimonio eius lb. duodecim, .MCLXIII., .XXIII. marcii, inductione .xi. (2).

MCLXXVII.

Ingone Della Volta e Otobono de vineis per i figli di Eustacchio definiscono e terminano ogni rapporto di societas (26 marzo 1164).

Filiorum Eustachii].

* Testes Alvernacius, Ingo Nocentius, Lanfrancus de castro et Pe-

(1) Cancellato col dito: quicquid.

(2) L'atto è cancellato con la parola: OGER.

trus Eustachii. Professi sunt mutuo Ingo de Volta et Otobonus de vineis se invicem divisionem celebrasse tocius societatis quam holim ipse Ingo habuit cum bone memorie Eustachio professusque est ipse Ingo se omnem partem eius proficui et capitalis tulisse. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxvi. die marci, inductione .xi. Id quod Capellus et Petrus Capra habuerant ab ipso Eustachio est Ingonis de Volta.

MCLXXVIII.

Lanfranco Bacemo transige un suo credito con Solimano di Salerno
(27 marzo 1164).

Solimani de Salerno].

Testes Ogerius scriba, Conradus Malfiaster, Ugo Cigala, Gandulfus Bacemus et Wuilielmus Addrictus. Ego Lanfrancus Bacemus profiteor cepisse a Solimano de Salerno libras sex denariorum ianuensium pro quibus ei facio finem, refutacionem et transactionem de lb. .xii $\frac{1}{2}$. de quibus adversus eum conquestus sum pro .cxxxv. tarenis me contingentibus de quarta eius quod frater meus de Scicilia rehâbuerat ipsi Solimano a Petro de Tripuli. Tibi itaque Elioni stipulanti sub pena dupli promitto quod hanc finem, refutacionem et transactionem omni tempore ratam et firmam habebo, nec in contrarium ibo, unde pro ipsa pena bona mea tibi pignori obligo ut, nisi ita observavero, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis meis que malueris pro ipsa pena et quantum hoc erit tibi accipias et estimari facias et nomine vendicionis possideas et cetera et tamen nichilominus hec finis, refutacio vel transactio in sua firmitate perseveret. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxvii. mär-
ci, inductione .xi.

MCLXXIX.

Oberto de Cazenis, figlio del fu Guidone di Prè costituisce l'ante-factum alla moglie Matelda (6 aprile 1164).

Mathelde pisane de Portu Veneris].

Testes Nuvelon, Ansaldus de Nigro, Soliman Cagamelica, Iohannes Corsus Petri Regis et Ansaldus magister. Ego Obertus de Caçenis filius quondam Guidonis de Preda dono tibi Mathelde pisane quondam Girardi de Luima dilecte uxori mei ad habendum et tenendum nomine antefacti in bonis que habeo et habiturus sum, quod bene valeat libras quindecim lucensium et de patrimonio tuo

me quietum et solutum voco de simili quantitate. Actum in Portu Veneris, in domu Ogerii de insula .MCLXXXIII., die sancta lune, indictione .xi.

MCLXXX.

Simone Doria contrae un mutuo con Ansaldone fratello di Belmusto
(13 aprile 1164).

Ansaldonis fratris Belmusti].

* Testes Philippus de Iusta, Belmustus, Wuilielmus de Racedo, Marchese de Raçedo, W. de Regali et Ugo Melica. Ego Simon Aurie cepi mutuo a te Ansaldone fratre Belmusti libras centum ianuinorum, pro quibus stipulanti tibi sub pena dupli promitto solvere per me vel meum missum tibi vel tuo misso, sana eunte Sardineam galea Philippi vel maiori parte aliarum galearum que illuc vadant infra mensem postea libras centum expendibilium lucensium, quod si non fecero, sana veniente ipsa galea vel maiori parte aliarum galearum infra mensem postea solvam tibi libras centum viginti ianuinorum. Si vero ipse galee moram ficerint in Sardinea, usque kalendas augusti faciam ipsamolucionem. Pro sorte et pena pignori tibi subicio omnia mea bona, ut, nisi ita adtendero, exinde pro sorte et pena intrare possis in bonis meis que malueris et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari facias ac nomine vendicionis possideas et cetera. Actum Ianue ante domum Philippi de Iusta, .MCLXXXIII., die lune post pasca, indictione .xi.

[*fo. 150 r.*].

MCLXXXI.

Ribaldo Sarafie si obbliga di pagare a Marchese Della Volta una somma al 1º maggio 1164 (15 aprile 1164).

Marchionis de Volta].

* Testes Alvernacius, Bonusvassallus Maçale, Wuilielmus Grata-donna, Safranus et Vissellus. Ego Ribaldus Seraphie debo tibi Marchioni de Volta pignus lb. .CCLXXV., quod stipulanti tibi sub pena dupli dari promitto usque proximas kalendas madiis (1) et, si terminum vel terminos produxeris, ad illum vel illos terminos sub eadem pena tibi pariter testebor (2) et pro ipsa penà bona mea tibi pignori omnia obligo sicut prius tibi caveram. Actum in capitulo, .MCLXXXIII., .xv. aprilis, indictione .xi.

(1) *Sic nel ms.*

(2) *Sic nel ms.*

MCLXXXII.

Guglielmo Aradello, Anfosso di Chiavica e Bongiovanni Malfigliastro contraggono una societas (15 aprile 1164).

Wuilielmi Aradelli, Boni Iohanni Malfiastri et Anfossi de Clavica].

Testes Bernardus magister, Donatus de Sancto Donato et Dominicus eius cognatus. Wuilielmus Aradellus et Anfossus de Clavica contraxerunt societatem, in quam ut mutuo professi sunt Wuilielmus contulit libras quinquaginta, quarum medietas est Boni Iohannis Malfiastri et Anfossus de Clavica lb. .xxv., quam societatem Anfossus debet laboratum portare quo sibi melius videbitur, potestatem habens mittendi inde laboratum vel Ianuam ut melius sibi videbitur. Si de sua pecunia vel aliena portaverit, hoc facere debet in conscientia ipsius sui sodalis et de sua facturus expensas per libram set lucrum sibi de aliena quod lucri consequitur converti debet in proficuum societatis, ad divisionem capitali diducto, proficuo debent per medium dividere. Actum coram domu Bernardi magistri, millesimo .CLXIII., .xv. die aprilis, inductione .xi.

MCLXXXIII.

Ansaldo Gallo e Guglielmo Alvernie contraggono una accomandacio (20 aprile 1164).

Wuilielmi Revendororis].

* Testes Merlo Guaracus, Martinus de māri, Marchese de calegaria. Professi sunt Ansaldus Gallus et Wuilielmus Alvernie se portare quo laboratum vadunt lb. .xi. et sol. .xvi. semotim implicandas, de quibus expensas per libram facere debebunt sicut de aliis rebus quas portant, de proficuo quod in eis dederit Deus terciam habere debent, in potestatem ipsius Wuilielmi adducentur, set ipsi portatores inde venditores esse debebunt. Actum in pontili capituli, .MCLXIII., .xx. die aprilis, inductione .xi.

MCLXXXIV.

Alinerio da Passano si obbliga di pagare ad Ingone Della Volta una somma entro l'ottava della prossima Epifania (21 aprile 1164).

Ingonis de Volta].

* Testes Ingo Nocentius, Alvernacius, Bonus Iohannes Brundus et

Oto Buscarinus. Ego Alinerius de Paxano debo tibi Ingoni lb. .v $\frac{1}{2}$. denariorum ianuensium quas stipulanti tibi sub pena dupli per me vel meum missum promitto solvere tibi vel tuo misso usque proximam octavam epifanie, propterea bona mea tibi pignori obligo pro sorte et pena ut nisi sic observavero exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis meis que malueris et quantum hoc erit tibi accipias et estimari facias et nomine vendicionis et cetera. Actum in pontili capituli, .MCLXIII., .xxi. aprilis, indictione .xi.

MCLXXXV.

Guglielmo Mallon vende ad Alvernacio la sua quota di proprietà di un mulino nel Bisagno (21 aprile 1164).

Alvernaci].

* Testes Ingo de Volta. Elias, Oto Mallon, et Ansaldus de Nigro. Ego Wuilielmus Mallon (1) presentis patris mei Ansaldi Mallonis actoritate et iussu cepi a te Alvernacio s. .LXXV. finito precio pro vicesimaoctava molendini dominici quod est in Bisamne (2) sub Serra maiori. Facias itaque inde quicquid volueris proprietario nomine sine nostra contradictione et heredum nostrorum et omnium pro nobis, stipulanti etiam tibi sub pena dupli eiusdem mei patris actoritate promitto hanc vendicionem non impedire et ab omni homine legitime deffendere sicut valuerit aut meliorata fuerit, pro evictione dupli bona mea et ipsius patris mei tibi pignori obligo, ipso iubente, ut nisi ita adtendero exinde tua actoritate et sine decreto in eis intrare possis pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi facias estimari et estimatum nomine vendicionis possideas et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxi aprilis, indictione .xi.

[*fo. 150 v.*].

MCLXXXVI.

Isabella del fu Faravelis vende ai fratelli Malovreo ed Enrico una pezza di terra in Genova (22 aprile 1164).

Malovrei et Henrici de Cucurno].

Testes Bonus Vassallus Maçale, Rainaldus Berniconis, Ansaldus de Nigro, Enricus iudex et Bonus Iohannes Lercarius. Ego Isabella quondam Faravelis uxor quondam Petri filii Michaelis de strata

(1) *Cancellato*: iussu.

(2) *Cancellato*: ser.

cepi a vobis Malovreo et Enrico fratribus libras quinque et s. .vi. ianuensium finito precio pro una pecia terre que est in Strada, cui coheret ab una parte terra Ogerii de Murtedo, ab altera filiorum quondam Niveduli de Marino et consortium, inferius littus maris, superius via publica et terciam duarum peciarum terre que sunt in Strada, per has coherencias ab una parte terra Alberici et hominum Marini, inferius fossatum, de super via pubblica et pro tercia parte tocius eius quod Petrus quondam Visini et Richeça iugales filia quondam Dominici fecerunt Michaelo socero meo de quanto habebant in Teucedo et pro toto eo quod habeo in plebeio Lavanie ex parte memorati viri mei. Quod totum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure plenum et vacuum vobis pro supradicto precio vendo faciendum inde proprietario nomine et cetera, non impedire, ab omni homine deffendere sicut valuerit aut meliorata fuerit sub pena dupli deffendere promitto, pro evictione dupli bona pignori et cetera et sine decreto et nomine vendicionis et cetera. Possessionem dedi. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxii. aprilis, indictione .xi.

MCLXXXVII.

Giordano Saimesellis fa quitanza a Raimondo Capellano di una somma della dote della moglie (24 aprile 1164).

Testes Aimeline filie Raimundi Capellani].

Testes Ansaldus de Nigro, Merlo Guaracus, Bonus Vassallus Maçalis et Donatus de Sancto Donato. Ego Iordanus Saimesellis vocome quietum et solutum a te Raimundo Cappellano socero meo de libris ducentis de dotibus videlicet Aimeline filie tue. Actum in capitulo millesimo .CLXIII., .xxiv. aprilis, indizione .xi. (1).

MCLXXXVIII.

Ugo Pozese e Guglielmo del fu Ribaldo Filardo ricevono da Bongiovanni Malfigliastro una somma della dote della sposa di Amico Nepote (29 aprile 1164).

Boni Iohannis Malfiastri].

Testes Iohannes Simia, Ionathas Serri et Obertus Corsus. Nos Ugo Poçese et Wuilielmus quondam Ribaldi Filardi cepimus a te Bono- iohanne Malfiastri libras viginti denariorum que sunt de dotibus spouse Amici Nepotis Amici de Murta pro quibus stipulanti tibi sub

(1) L'atto è cancellato colla parola: OGER.

pena dupli promittimus quod ipsum Amicum et eius coniugam Agnesiam inde semper faciemus esse quietos et quod si inde ab eis vel pro eis aut aliquo eorum inde aliquando inquietaberis, quod te inde liberabimus et indempnem constituemus pro ipsa pena bona nostra pignori tibi subicimus, ut, nisi sic observaverimus, exinde tua auctoritate et sine decreto intrare possis in bonis nostris que maledicis pro ipsa pena et quantum hoc fuerit tibi accipias et estimari facias et nomine vendicionis possideas. Actum in capitulo, .MCLXIII., .XXVIII. die aprilis, indictione .xi.

MCLXXXIX.

Pietro Capellano e Oberto figlio del fu Guglielmo Abundante manomettono il servo Guglielmo (1 maggio 1164).

Libertas Wuilielmi Capellani].

Testes Ugo de Baldeçone, Blancardus, Raimundus filius Raimundi Capellani, Oliver de Verdun, Umbertus et Obertus filius quondam Wuilielmi Abundantis. Nos Petrus Capellanus et Stanfilia iugales pro remedio peccatorum nostrorum et pro anime nostre mercere manumittimus te Wuilielmum servum iuris nostri cum lb. .xx. si tantum est in peculio tuo et a manu et nostra potestate te separamus omnimodam tibi conferentes potestatem et cetera. Promittimus etiam tibi stipulanti sub pena librarum .x. auri optimi hanc libertatem nunquam amplius impedire, set ab omni homine defendere et auctoriçare et hec tamen libertas semper vigeat. Actum in domum ipsorum manumittentium, .MCLXIII., kalendis madii, indictione .xi.

[*fo. 151 r.*].

MCXC.

Oliviero, Guglielmo e Iacopo di Marassi permutano terre con Auria del fu Ribaldo di Ginestedo e col figlio di essa (3 maggio 1164).

Oliverii de Maraxi, Wuilielmi, Iacobi et Aurie quondam Ribaldo de Ginestedo et filii].

Testes Semenza, Amigon de Marceia, Marchese de Vegoli, Nicola de Maraxi, Villanus de Maraxi, Bonus Senior de Marceia et Lanfrancus de Vegoli. Cambium et permutacionem fecerunt inter se Oliverius de Maraxi et Wuilielmus et Iacobus fratres cum Auria quondam Ribaldi de Ginestedo et cum Ribaldo de Ginestedo filio eius, ita scilicet quod ipsi duo mater et filius dederunt predictis fratribus totum hoc quod habent cum eis in Maraxio quod fuit

predicti quondam Ribaldi de Ginestedo et quod habent in silva et in area supra silvam, excepta pecia Lagi Scuri et quod habent in Valle cum Ansaldo de Vico. Predicti vero fratres dederunt memorare Aurie et Ribaldo de Ginestedo totum hoc quod habent in Ginestedo in loco ubi dicitur ad montem a Cavanarili in iusum et a via qua vaditur ad Fornacam in susum quod eis pervenit ex successione patris eorum et quod habent in tribus peciis in quibus ab Ingone Monaco partem emerunt ipsi mater et filius. Hec sibi invicem pars parti dederunt faciendum inde proprietario nomine ex pleno et vacuo et ingressibus et exitibus eius terre quicquid voluerit sine contradicione alterius partis et heredum eius et omnium pro ea, sibi etiam invicem sub pena dupli stipulanti promise-runt hoc cambium et hanc permutacionem non impedire set ab omni homine legitime semper defendere et actoriçare sicut valuerit aut meliorata fuerit et si plus valet una pars alteri hoc sibi mutuo donaverunt, pro evictione dupli pars parti bona sua pignori obligavit, ut pars illa que pactum servaverit, in bonis pactum frangentis intrare possit pro dupla et quantum hoc sua actoritate et sine decreto sibi accipiat et estimari faciat et possideat nomine vendicionis. Possessionem sibi mutuo se dedisse professi sunt. Actum in capitulo, .MCLXIII., .III. madii, inductione .xi.

MCXCI.

Bonagente e Roasa figlia di Semenza, coniugi, vendono ad Oliviero Guglielmo e a Iacopo di Marassi due pezze di terra (3 marzo 1164).

Oliverii de Maraxi et fratrum eius].

* Die loco et testibus supradictis. Nos Bonagentis et Roasa filia Semence iugales cepimus a vobis Oliverio, Wuilielmo, Iacobo de Maraxi fratribus s. .vi. denariorum ianuensium finito precio pro quar-ta parte et decima parte duarum peciarum terre, quarum una est in silva, cui coheret (1) ab una parte terra Alde Mantuane, de-super terra Wuilielmi Falcini, inferius fossatum, ab altera parte terra vestra et altera pecia est in area, cui coheret a latere costa desuper via infra terra Wuilielmi Falcini, ab altero latere terra Alde Mantuane, quam partem ex descriptis peciis vobis pro supradicto precio vendimus et si plus valet donamus, faciendum inde proprietario nomine ex pleno et vacuo et omni suo iure cum exi-tibus et introitibus eius quicquid volueritis sine nostra contradic-

(1) *Cancellato:* ab.

ctione et nostrorum heredum et omnium pro nobis, stipulantibus etiam vobis sub pena dupli promittimus hanc vendicionem non impedire, set ab omni homine deffendere sicut valuerit aut meliorata fuerit sub estimacione, pro evictione dupli bona pignori et cetera. Possessionem dedimus. Preterea Ribaldus de Ginistedo deffensionem illius vendicionis eis promisit sub pena dupli donec cum ipsa Roasa maioris etatis ei fecerit inde caucionem pro eodem precio cum ipso viro suo in laude sue iudicis. Memorata Roasa fecit hanc vendicionem consilio et actoritate suorum propinquorum Marchese de Vegoli et Lanfranci de fossato, abrenuncians iuri hypothecarum et senatus consulto Velleiani et cetera.

[*fo. 151 v.*].

MCXII.

Ingone Nocenzio fa quitanza a Laborante di ogni somma dovutagli per affari di commercio (4 marzo 1164).

Testes Laborantis].

* Alvernacius, Iohannes de Patrio, Tado Georgii, Laurentius de Sancto Laurentio. Ego Ingo Nocentius voco me quietum et solutum a te Laboranti de omni pecunia mea quam hactenus habuisti a me in comedacione vel societate et de omni proficuo eius. Actum in capitulo .MCLXXXIII., .III. madii, indictione .xi. (1).

Hec cartula non est danda nec valet Laboranti donec in Provincia Rainaldo Alberici liberaverit partem societatis Ingonis que est ut supra minus quod inde Laborantis et de alia pecunia s. .XLVIII. extrahere debet Laborantis.

MCXIII.

Oberto Spinola stipula un mutuo con Enrico Malocello (8 marzo 1164).

Enrici Malocelli].

Testes Marchio de Volta, Obertus Cancellarius, Wuilielmus Ususmaris, Amicus Cevolla, W. de Nigrone, Pascalis de Infantibus et Oionus. Ego Obertus Spinula profiteor debere vobis Enrico Malocello Ib. quinquaginta pro mutuo quod pater vester fecerat fratri meo, has vobis vel vestro misso per me vel meum missum promitto solvere usque proximum pasca stipulantibus vobis sub pena dupli, pro sorte et pena bona mea habeatis omnia pignori obligata,

(1) *In margine la nota: .CCCLVI. s. .xv. d. .i. pars Ingonis.*

ut, nisi ita adtendero, exinde vestra actoritate et sine decreto et absque mea contradictione et omnium pro me intrare possitis in bonis meis que malueritis pro sorte et pena et quantum hoc fuerit vobis faciatis estimari et estimatum possideatis nomine vendicionis. Actum in pontili capituli, .MCLXIII., .viii. madii, indictione .xi.

MCXCIV.

Enrico Malocello dona ad Oberto Spinola ogni ragione ed azione contro Ansaldo Spinola (8 maggio 1164).

Oberti Spinule].

Eodem die et loco et eisdem testibus. Ego Enricus Malocellus dono tibi Oberti Spinule omnes raciones et actiones, quas ullomodo habet pater meus in bonis quondam fratris tui Ansaldi Spinule pro mutuo solidorum mille ei quod fecerat, ut eis omnibus modis et in tua deffensione et in alterius impulsione et ceteris modis eis uti possit sicut et pater meus poterat.

MCXCV.

Alberto e Ribaldo Lercari vendono ad Oberto Spinola ogni loro azione e ragione sui beni del fratello e della cognata di esso (8 maggio 1164).

Oberti Spinule].

Eodem die loco et eisdem testibus. Nos Albertus et Ribaldus Lercarius cepimus a te Oberto Spinula libras centum tredecim et mediam denariorum ianuensium pro quibus damus tibi et vendimus omne ius et omnes raciones et actiones quas in bonis quondam fratris tui vel quondam sororis nostre tue cognate habemus vel pro mutuo aut successione (1) ipsius nostre sororis, vel quas mater nostra in eis habet pro dono quod ipsa nostra soror ei fecerit vel legato, vel quas filius mei Alberti, vel filia mei Ribaldi in eis habet pro dono vel legato aut institutione hereditatis eius. Hec ita ut inde quicquid velis facias et eis omnibus modis experiri possis sicut nos possemus et in tua deffensione et in alterius expulsione et ceteris modis sicut nos possemus et hii quibus legatum illud vel donum factum est aut hereditas attributa. Promittimus etiam tibi stipulanti si mater nostra et filii aut pro eis aliquis te inde amplius convenerint vel inquietaverint quod inde te expediemus et consti-

(1) *Nel ms.: successione.*

tuemus indempnem, propterea bona nostra tibi pignori obligamus ut, nisi sic observaverimus, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis nostris que malueris de quanto hoc erit et hoc tibi accipias et estimari facias et nomine vendicionis possideas sine nostra contradictione et nostrorum heredum et omnium pro nobis.

MCXCVI.

Ugo Belloculo vende a Guglielmo Vento la metà di una casa in Genova (8 maggio 1164).

Wuilielmi Venti].

Testes Oto de Mediolano, Obertus Ususmaris, Cancellarius, Wuilielmus Longus, Obertus Pedicula, Ogerius filius Ogerii de Guidone et Vassallus Segner. Ego Ugo Belloculus profiteor cepisse a te Wuilielmo Vento libras decem et septem denariorum ianuensium finito precio pro medietate pro indiviso unius domus que est in hora Sancti Laurentii, cui coheret ab anteriori via publica, a duabus domus quam emisti que fuit filiorum quondam Gandulfi Rubei, ab altera Nicole Rodulfi, que scilicet [fo. 152 r.] medietas est media tabula minus tribus pedibus et medio mortuis, que michi laudata est nomine filiorum quos sustuli de Adalasia uxore mea, quam medietatem cum ingressu et exitu suo et omni suo iure tibi pro supradicto precio vendo et trado, faciendum inde proprietario nomine a te et heredibus tuis aut cui dederitis quicquid volueritis sine mea contradictione et meorum heredum et omnium pro me, stipulanti etiam tibi sub pena dupli promitto vendicionem ipsam sicut valuerit aut meliorata fuerit ab omni homine preterquam ab herede quondam Gandulfi Rubei legitime defendere et actoricare, unde pro evictione dupli bona que habeo et habiturus sum pignori tibi subicio ut, nisi ita adtendero, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis meis pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi facias estimari et estimatum possideas et inde nomine vendicionis facias quid velis sine mea contradictione et omnium pro me. Possessionem ipsius vendicionis te habuisse profiteor. Ego Guilia uxor predicti Ugonis quantum in hoc casu abrenuncio omni iuri quod in ipsa domu habeo vel in usufructu eius et illud tibi Wuilielmo totum remitto. Preterea Balduinus et Sophia filii ipsius Ugonis iuraverunt hanc vendicionem omni tempore firmam et ratam habere et quod tempore quo etatis erunt infra mensem postquam requisiti fuerint, ab eo vel eius herede aut nuncio pro eodem precio sumpto certam vendicionis ipsius facient

in laude sui iudicis. Actum in ecclesia Sancte Marie de Vineis,
.MCLXIII., .viii. madii, inductione .xi.

MCXCVII.

Oberto Spinola dà mandato ad Alberto e Ribaldo Lercari di riscuotere certi crediti del proprio fratello Ansaldo (9 maggio 1164).

Alberti et Ribaldi Lercarii].

* Testes Angelarius de Camilla, Wuilielmus Ususmaris et Ansaldus Pollesinus. Ego Obertus Spinula do vobis Alberto Lercario et Ribaldo potestatem et ius omnimodum requirendi a Martino Andolosano quicquid habet de rebus que fuerunt quondam fratris mei Ansaldi sicut implicatum est et stipulantibus vobis sub pena dupli promitto quod, si inde minus habueritis .l. bisanciis ultra maris sicut ad bancum valuerint deputato ad hoc quod inde habueritis .l. bisancii vobis complebo infra mensem postquam inde constituerit. Pro ipsa pena bona mea vobis obligo pignori ut nisi ita observavero exinde pro ipsa vestra actoritate et sine decreto intrare possitis in bonis meis que malueritis et cetera. Do etiam vobis omnimodum ius et omnifariam potestatem requirendi omnem pecuniam ipsius quondam fratris mei que apud aliquem poterit inventari vel de qua adversus aliquem actionem habebat, preterquam de his que hodie habeo et inde quicquid volueritis faciatis sine mea contradictione et meorum heredum et omnium pro me, hoc salvo quod terciam habere debeo tocius pecunie quam inde habere potueritis a predictis .l. bisanciis et eo quod Martinus Adolosanus habet de rebus ipsius mei fratris. Actum in capitulo, .MCLXIII., nono die madii, inductione .xi.

MCXCVIII.

Simone Doria e Guglielmo Della Volta contraggono un mutuo con Ingone Della Volta e Ingone Nocenzio (9 maggio 1164).

Marchionis de Volta, Ingonis Nocentii].

* Testes Ingo Tornellus, Philippus de Iusta et Raimundus Bucea. Nos Simon Aurie et Wuilielmus de Volta cepimus mutuo a vobis Marchione de Volta libras centum quadraginta tres et solidos quindecim et a vobis Ingone Nocentio libras centum quindecim, quas stipulantibus vobis promittimus reddere usque medium iulii quisque medietatem per nos vel nostrum nuncium, vel demum usque kalendas augusti, si prius non venerimus. Quod si non fecerimus

penam dupli stipulantibus vobis promittimus, unde pro sorte et pena bona nostra vobis pignori obligamus, quod, nisi ita observaverimus, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possitis in bonis nostris que malueritis et quantum hoc erit vobis accipiatis et estimari faciatis et nomine vendicionis possideatis et cetera. Iuramus etiam tactis sacrosanctis evangelii ita solvere per nos vel nostrum nuncium, nisi sicut vestra licentia vel vestri certi nuncii remanserit. Quod si terminum vel terminos produxeritis ad terminum illum vel illos tenebimur, donec ipsius debiti vobis integra solucio fiat. Actum prope ecclesiam Sancti Laurentii in scala Calige Pallii, .MCLXIII., die predicta, inductione .xi.

[*fo. 152 v.*].

MCIC.

Vivaldo de iugo si obbliga di pagare una somma a Merlone Guaraco al 1 luglio 1164 (12 maggio 1164).

Merlonis Guarachi].

* Testes Lambertus Guercius, Ribaldus Drogus, Bonus Vassallus Maçalis et Vassallus guardator. Ego Vivaldus de iugo debeo tibi Merloni Guaraco libras septem denariorum ianuensium, quas sub pena dupli vobis reddere promitto usque kalendas iulii, propterea bona mea tibi pignori subicio et cetera ut nisi ita, sine decreto et facere estimari et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xii. madii, inductione .xi.

MCC.

Tedisio dona ad Obertino, suo figlio emancipato, ogni sua azione e ragione sul feudo dell'abazia di Mezzano (11 maggio 1164).

Obertini filii Thedisii].

Testes Picamilium, Ogerius Gurdena, Stultus de Paxano et Cornulus domne Thimiame. Ego Thedisius dono tibi Obertino filio meo emancipato omne ius et omnes raciones et actiones quas habeo in feudo abbatis de Meçano, quod avus meus habere consueverat et quicquid iuris vel racionis aut actionis habeo in eo quod Ugolinus nepos Male Credencie tibi iudicavit in eo toto quod sibi pertinebat de posse Male Credencie, facias itaque inde quicquid volueris sine mea contradictione et meorum heredum et omnium pro me. Possessionem te habere confiteor. Actum in capitulo in Ianua, .MCLXIII., .xi. madii, inductione .xi.

MCCI.

Martino, figlio del fu Poncio di Teragnolo e Agnese del fu Pietro Marengo vendono un podere a Merlone Guaraco (12 maggio 1164).

Merlonis Guarachi].

* Testes Obertus Guaracus, Baldus de Contessa, Rolandus calcator et Suplicius. Nos Martinus filius quondam Ponci Teragnolii et Agnesia quondam Petri Marenchi cepimus s. .x. a te Merlone Guaraco finito precio pro toto eo quod habemus in Visegna, a fossato in sursum et si plus valet damus tibi, non impedire, set ab omni homine deffendere et actoriçare promittimus sub pena dupli sicut valuerit aut meliorata fuerit, pro evictione dupli bona pignori et cetera et sine decreto et facere estimari. Possessionem dedimus. Ego Agnesia facio hoc consilio propinquorum meorum Gerardi et Iohannis Letardi de Agnei, abrenuncians Legi Iulie, iuri hypothecarum et senatus consulto Velleiani. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xii. madii, indictione .xi.

MCCII.

Martino di Ita rinnova la dichiarazione di aver avuta la dote della moglie Bellenda e di averle costituito l'antefactum (13 maggio 1164).

Bellende matris Ogerii Scribe].

Testes Gandulfus de Gotiçone, Arnaldus iudex et Girardus de Barcha. Ego Martinus de Ita confiteor me habuisse de dotibus uxoris mee Bellende valens libras viginti monete brunetorum et me ipsi deditis pro antefacto in bonis que habebam et habiturus eram valens librarum decem eiusdem monete, inde sibi cartam feci per manus quondam Boni Iohannis Cainardi, set, quia ipsa deperdita est, in vicem eius hanc sibi reficio et ideo pro dotibus eius ei trado in pagamentum quod habeo in Calcionariis et terram de Valle et quod in eis defuerit in eo quod habeo in Campedello, domum et terram plenum et vacuum et possessionem sibi dedi, quod in his superfuerit habeat pro pagamento antefacti. Actum in domum Ogerii Scribe, .MCLXIII., .xiii. madii, indictione .xi.

MCCIII.

Angelerio di Camilla vende all'ospedale di Capo Faro una terra in Genova (16 maggio 1164).

Infiriorum Capitis Faris].

* Testes Bonus Iohannes scriba Buçee, Guido Pollesinus, Ansaldus Pollesinus et Wuilielmus Oberti Malocelli. Ego Angelerius de Camilla profiteor cepisse a te Ioffredo medico procuratore infiriorum Capitis Fari lb. .x. ianuinorum pro ipsa congregacione et ecclesia Beati Laçari, finito precio pro pecia una terre quam habere visus sum in Serra ad Clavum, cui desuper coheret via publica, ab una parte via privata que est inter ipsam terram et terram infiriorum, ab altera terra Gaborum, inferius terra eorundem et Maçanelli et aliorum. Faciendum inde proprietario nomine et cetera, non impedire set defendere ab omni homine sub pena dupli cum stipulacione promissa et cetera. Pro evictione dupli bona pignori ut nisi sic exinde et sine decreto et cetera. Possessionem dedi. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xvi. madii, indictione .xi.

[*fo. 153 r.*].

MCCIV.

Ansaldo nipote di Rataldo costituisce l'antefactum alla sposa Sibilia figlia del fu Nicola di Bulgardo (21 maggio 1164).

Sibilie quondam Nichole de Bulgardo].

Testes Marchio de Volta, Wuilielmus Rataldus, Nicola Berfogium Iohannes de Bulgardo, Gandulfus de Bulgardo, Wuilielmus Silvagnus et Wuilielmus Grillus. Ego Ansaldus nepos Rataldi dono tibi Sibilie filie quondam Nicole de Bulgardo dilecte sponse mee libras sexaginta nomine antefacti habendas et tenendas nomine antefacti secundum usum et consuetudinem huius civitatis. Actum in domu Wuilielmi Venti que fuit quondam Gandolfi Rubei, millesimo centesimo sexagesimo quarto, .xxi. madii, indictione .xi.

MCCV.

Bonovassallo di Medolico vende ad Ansaldo, abate di Santo Stefano, l'ottava parte di un mulino (26 maggio 1164).

Monasterii Sancti Stephani].

Testes Martinus de mari, Nicola Roça, Lanfrancus Frenguellus et Bonifacius Roça. Ego Bonus Vassallus de Medolico cepi a te Arnaldo abate Sancti Stephani libras septem et medium denariorum ianuensium finito precio pro octava molendini de ripa, que est ad Struppam pro indiviso, ut inde proprietario nomine et cetera, non impedire set ab omni homine defendere sicut valuerit aut meliorata fuerit, sub pena dupli, tibi cum stipulacione promissâ et cetera, pro

evictione dupli, bona que habeo et habiturus sum tibi pignori subicio, ut, nisi sic, intrare et cetera et sine decreto et facere estimari et nomine vendicionis possidere. Possessionem dedi. Actum in ecclesia Sancti Laurentii a parte Sancte Marie, .MCLXIII., .xxvi. madii, inductione .xi.

Ipse abbas professus est Martinum de mari ipsam summam solvisse pro filio suo quem ipsi monasterio dicavit.

MCCVI.

Oberto Cancelliere vende a Ismaele di Palazzolo una pezza di terra in Camogli (26 maggio 1164).

Ismaelis de Palaçolo].

* Testes Ansaldus de Nigro, Ansaldus Nigrantius, Sorleonus de Palaçol, Iohannes de presbitero Eriberto et Ogerius Panis. Ego Oberthus Cancellarius cepi a te Ismaele de Palaçolo libras tres et medium denariorum ianuensium finito precio pro quarta parte unius pecie terre que est in Camogio et exituum eius pleno et vacuo et cetera, que pecia erat michi communis et Oberto Malocello et Wuilielmo Formice, Venie et consortibus, non impedire sed ab omni homine legitimie defendere sub pena dupli et cetera. Pro evictione dupli bona pignori, ut, nisi sic, exinde intrare et cetera et facere estimari. Possessionem dedi. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxvi. madii, inductione .xi.

MCCVII.

Ingone Della Volta rilascia quitanza a Ingone Nocenzio di una somma consegnatagli in accomandacione (28 maggio 1164).

Ingonis Nocentii].

Testes Obertus Cancellarius, Obertus Spinula et Oto iudex Mediolani. Ego Ingo de Volta profiteor me quietum et solutum a te Ingone Nocentio de commendacione librarum quadraginta quam holim tibi feci dum ultramare proficiscereris et de omni eius proficuo. Actum in capitulo, .MCLXIII., inductione .xi. .xxviii. madii.

MCCVIII.

Oberto Spinola rilascia quitanza a Ingone Nocenzio di una somma a lui affidata per commercio e del relativo guadagno (28 maggio 1164).

Ingonis Nocentii].

Testes Ingo de Volta, Pensaben Vassalli ferrarii, Ugo de Lavoranti. Ego Obertus Spinula voco me solutum et quietum de lb. .xxxvii. $\frac{1}{2}$ et de lb. .xi. quas tibi holim commisi dum laboratum proficisceris et de earum proficuo. Actum in capitulo, .xxviii. madii, .MCLXIII., indictione .xi.

MCCIX.

I fratelli Ansaldo Nigrancio e Merlone vendono una pezza di terra in Genova a Raimondo Capellano (30 maggio 1164).

Raimundi Capellani].

* Testes Merlo Guaracus, Ogerius Nocentius, Gandulfus de Gotiçone, Wuilielmus Laveço et Ansaldus Cintracus. Nos Ansaldus Nigrancius et Merlo fratres cepimus a te Raimundo Capellano solidos septuaginta denariorum ianuensium finito precio pro pecia una terre quam habere visi sumus retro domum Alboche prope Clavicam, cui ab una parte coheret domus tua, ab altera Jordani generi tui, retro tresenda, ab anteriori via publica, faciendum inde proprietario nomine quicquid et cetera, ab omni homine defendere promittimus sub pena dupli cum stipulacione et cetera pro evictione dupla bona pignori et cetera et sine decreto. Possessionem dedimus. Millesimo .CLXIII., .xxx madii, indictione .xi.

[fo. 153 v.].

MCCX.

Stabile e Ansaldo Garracono contraggono una societas per affari che il secondo farà a Tunisi (13 giugno 1164).

Stabilis et Ansaldi Garraconi].

* Testes Merlo Guaracus, Oto nepos Caffari et Daniel Maça et Ioffredus Pelliçerius. Stabilis et Ansaldus Garraconus contraxerunt societatem in quam ut mutuo professi sunt Stabilis contulit lb. centum decem et sol. tredecim et dr. .iii. Ansaldus Garracon libras quinquaginta quinque solidos sex denarios .viii., quam societatem ipse Ansaldus debet portare apud Tunesim et inde reducere Ianuam in potestatem Stabilis vel eius nuncii, ad divisionem, capitali diducto, proficuum divisuri sunt per medium, potestatem habens ipse Ansaldus promittendi de ipsa pecunia vel submittendi in aliud lignum bona fide. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xiii. iunii, indictione .xi.

MCCXI.

Arnaldo di Agio e Guienzone figlio di Alinerio vendono a Ribaldo di San Genisio e ad Ansaldo di Nigrone una terra nella plebe di San Urcissino (16 giugno 1164).

Arnaldi de Agio et Guiençonis filii Alinerii nec non Ribaldi de Sancto Ginisio et Ansaldi de Nigrone et fratrum].

Testes Bonus Iohannes scriba, Boiamons de Odone, Gerrardus, Wuilielmus de Molaçana. Convenit inter Arnaldum de Agio et Guiençonem filium Alinerii nec non et inter Ribaldum de Sancto Genisio et Ansaldum de Nigrone pro se et fratribus promittendi quod predictis consortibus vendunt quicquid habent in prato Pesengo, quod est in plebeio Sancti Urcissini, plenum et vacuum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure pro precio librarum .xxxiii. s. .v., de quibus iam acceperunt lb. .iii. s. .v. cum quibus usque medium iulii ipsi emptores debent ipsis venditoribus completere usque in lb. .xvii. s. .v. et usque sanctum Martinum lb. .xvi. et ex nunc habere debent usumfructum, possessionem tenentes nomine venditorum Completo precio ipsis vendidores et Ansaldus pro se et fratribus eis inde pro ipso precio facere debent cartulam vendicionis in laude sui iudicis infra .ii. dies. Si emptores ita non fecerint, datum premium perdant et comperam si vendidores ita non compleverint quantum terrâ valet emporibus debent componere, nec terram amplius recuperare et ita sibi invicem stipulantes compromiserunt .MCLXIII. .xvi. iunii, inductione .xi., in ecclesia Sancti Laurentii a parte Sancte Marie (1).

MCCXII.

Inventario dell'eredità del fu Guglielmo Scarsaria (17 giugno 1164).

Inventarium filiorum Wuilielmi Scarsarie].

Testes Ogerius notarius, Wuilielmus Calige Pallii, Wuilielmus de Gotiçone, Ogerius Porcus, Wuilielmus Porcus et Rainaldus de Sportis. Sacrārum legum immitacione gaudentes, nos Nuvelonus et Otobonus germani Adalasia quoque uxor quondam Wuilielmi Scarsarie testamentarii tutores filiorum ipsius quondam Wuilielmi facimus inventarium, in quo tam omnia inscripsimus que in hereditate ipsorum minorum invenimus, quam ea que ab aliquibus tem-

(1) In margine l'annotazione: complentes. . . . Seguono segni illeggibili, probabilmente critografici.

poribus deberi audivimus. Eorum igitur commemoracionem facturi ab his que penes ipsos invenimus incipiendum putavimus. Sunt quidem hec: in gurdena una lb. .LVII. et terciam, in altera gurdena libras vigintiquatuor et denarios .III $\frac{1}{2}$., item in altera gurdena lb. quinquaginta octo et s. .xvi., in sacculo uno lb. .xiii. et s. .xii. et d. .III., de quibus Bonus Iohannes Bucius evicit ante consules placitorum lb. .III. minus solidis duobus et semi pro societate quam cum eo habuerat. Item invenimus cuppam argenteam et coclear argenteum et cuppam capitis galli super qua debent recipere sol. quadraginta et de compagnia Gargani peciam unam brunete cannarum septem et tercie quam retinuimus ad sol. .xx. per cannam et dedimus inde Gargano lb. .III. et sol. .xiii. dr. .III. et de eadem compagnia filtrà .x. de quibus habuimus .v. pro medietate minorum, quia res iste mediatenus erant dividende cum de proficuo essent. Item de eadem societate invenimus aluminis de Castilia cantara tria et rotulos quattordicim quod retinuimus totum ad rationem de solidis quadraginta sex pro cantaro et solvimus inde Gargano de parte sua libras tres et medium et denarios septem et medium et torsellum parisinorum, quem cum esset minor in duabus cannis tenuimus ad rationem de libris sedecim et dedimus Gargano de sua parte libras septem et solidos quattuordecim et denarios octo et medietatem unius sacci bombacis de Malta quod est apud Otonem de stacione, in qua medietate Garganus solidos triginta debebat recipere, si lb. .xii. totus saccus venderetur, vel minus quanto venderetur precii breviris, quam medietatem tenuimus dantes ei sol. .xxiii. et medium pro ipsis triginta solidis. Item tantum aluminis Bucalcarii unde pervenire minoribus [fo. 154 r.] cantara duo et rotuli .xv. in camarata... quadraginta octo minus dr. .III. de quibus solvimus pro debito societatis sol. .III. dr. .x. et de reliquis perceperimus s. .xxii. ad minores ceteras parientes per medium cumque Garganus nobis deberet sol. .xxv. adiunxit nobis sol. .xiii. et denarium unum, culcitra duo, coscinos duos, tria coopertoria, quattuor linteae vetera, barrachamen unum, duos lectos, suspitale unum, duas capsas, butas duas Ianue, quatuor in Calegnano, barrilem unam, duo bacilia, quorum alterum fractum, situlam, .i. caciam, galletas .ii., pariola duo, lebetes .III. ruptos, senaverios .xii., scutellas .ii. quarum altera scissa, duo togagias, resentarium unum, cathenam .i., patellam, gratesellam, lucernam, grataroliam, bancam, discum, capsam pictam, tabulam pro pane, arcile, .viii. minas grani, .ii. meçenas, .ii. pelles fuine, pelliciam, almusallam, brandale, spedum, mortale eneum et pistillum, sarracenam cum libertatis condicione testamento defuncti inserta, vestes quoque tritas predicte Adalasia et puerorum et tele brachia .i. et meçenas .III. quas dedimus in Sardinia pro sol.

.xxi. Hec eis debentur, sicut audimus: Girardus pellicarius mediata-
tem de sol. .xiii., Obertus de Rapallo qui stat in Muropto sol. .xxxv.
Corsus de Lucca sol. .c., Bonacia lb. .xiii. minus s. .iii $\frac{1}{2}$, Bergognus
lb. .vi. et s. .xiii., quidam astensis lb. .x., W. Nasellus medietatem
de libris tribus et sex solidis, item ipse W. cum socio medietatem
de sol. .xxxvi. In volta invenimus saccum faldetarum ipsorum mi-
norum. In compagnia Wuilielmi Maniamurte habent lb. .xxvi. $\frac{1}{2}$
capitalis, in compagnia Wuilielmi de Calegnano lb. .cxx. profi-
cum recepturi de compagnia quondam Iohannis Nigri, in comen-
dacione Bertoloti que fuit Terranorum .MDCLX. habuerunt capitalis
lb. .LXXXIII., in compagnia Otonis de Murta lb. .XL., instrumenta
preterea ipsarum compagniarum et septem alia tam de domo sua
quam de Calegnano aliisque suis contractibus. Hec debebant se-
cundum testamentum ipsius Wuilielmi: lb. .xxx. pro anima sua
sicut disposuit et sol. .xx. preposito Sancti Laurentii et lb. .L. pre-
dictae Adalaxie si ad secundas nuptias convolaret vel .xxv. preter
expensas, si ad guardiam filiorum suorum et rerum preelegerit
inservire. Iohannes eius cuius similiter condicio libertatis est testa-
mento in sorta portavit de rebus eius lb. .LXXX. Petracca habuit de
rebus eius bisancios .cviii. et lb. .m $\frac{1}{2}$. uxori eius prestavit, Car-
tagenia ei debet piperis centenaria .i., quod si quiete dederit,
sol. .xx. quos preterea debet ei relinquantur. Sin autem non spa-
cium trium regularum cum hac infra reliquimus, ut si quid aliud
memorie accurrerit pariter inscribatur domum et Calegnanum in-
venimus quorum supra meminimus. Actum in domo predicta,
.MCLXIII., .xvii. die iunii, inductione .xi.

MCCXIII.

*Vivaldo de Iugo, Maraboto e Odono Ferrario di Fimerri si obbli-
gano di pagare a Piccamiglio una somma al 5 agosto 1164 (17
giugno 1164).*

Picamilii].

Testes Ansaldus de Porcili, Wuilielmus Compar, Marchese Tres-
gambe et Iohannes Cantaperpan. Nos Vivaldus de Iugo, Marabotus
et Odo Ferrarius de Fimerri debemus tibi Picamilio lb. .xxxv. de-
nariorum ianuensium, quas stipulanti tibi sub pena dupli quisque
pro toto tibi solvere promittimus usque medium augusti, abrenun-
ciantes invicem iuri quo prior debitor prius secundo conveniendus
est et propterea bona nostra tibi pignori subicimus et cetera. Actum
in ecclesia Sancti Laurentii, millesimo centesimo .LXIII., .xvii. die
iunii, inductione .xi.

MCCXIV.

Anna figlia del fu Bonifacio Scurzamale riceve da Bonifacio Panzano una somma (17 giugno 1164).

Bonifacii Pançani].

* Testes Ido vicecomes, Ansaldus de Nigro, Merlo Guaracus, Oger Panis et Iohannes Cursor. Ego Anna filia quondam Bonifacii Scurlamaç cepi a te Bonifacio Pançano lb. .m. denariorum ianuensium quas pater tuus michi debuit de iudicio sororis mee quondam Imelde. Albertus Vallarinus de Gremiasco vir eius professus est se ipsam quantitatem cepisse. Actum in capitulo .MCLXIII., .xvii. iunii, indictione undecima.

[*fo. 154 v.*].

MCCXV.

Lanfranco Arzeme dona alla figlia Luca, da lui emancipata diverse somme rinunciando all'usufrutto su esse spettantigli prelio emancipationis (18 giugno 1164).

Luce filie Lanfranci Arçemi].

* Testes Guido de Lauda, Ribaldus Drogus, Wuilielmus Compar, Wuilielmus Gracianus, Wuilielmus Amorosius. Ego Lanfrancus Arçeme dono tibi Luce filie mee emancipate ut habeas et de cetero quid velis proprietario nomine facias de omni iudicato matris tue Alarie quod est librarum .LXXXIII. minus s. .v. et ex toto alio quod ex eius successione poteris consequi et quod tibi pervenit ex successione quondam fratris mei Boni Vassalli et ex dono quod tibi fecerit Nicola frater tuus et omne ius quod in his habeo tibi dono et remitto ut inde tu et heredes tui quicquid volueris facias sine et cetera et id usufructus quod michi in bonis tuis contingit prelio emancipationis tibi dono et totum remitto. Actum coram domu ipsius Lanfranci .MCLXIII., .xviii. die iunii, indictione .xi.

MCCXVI.

Lanfranco Bacemo si obbliga di pagare ad Alberico una somma per le spese di elevazione di una torre di comune proprietà (18 giugno 1164).

Alberici].

* Testes Obertus Cancellarius, Philippus notarius, Wuilielmus Conellus, Ugo Conellus. Ego Lanfrancus Bacemus confiteor debere

tibi Alberico lb. .xxxxvi. denariorum ianuensium de medietate **ex-**
pensarum quas fecisti in levanda turri nostrâ de mari, quas stipu-
lanti tibi per me vel meum missum dare promitto usque proxim-
um festum candelorum et Albericum interdium ei prolongavit
ipsius debiti iuramentum. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xviii. iu-
nii, indictione .xi.

MCCXVII.

*Nicola, giudice, pronuncia un lodo arbitrale tra Stefano di Basali
e Druda Gentecollum relativo alla proprietà di una terra (18
giugno 1164).*

Drude Gentis Colli].

In capitulo. Nicola iudex arbiter in quem Stephanus de Basali et Druda Gentecollum compromiserunt sub pena librarum quatuor quisque de controversia que inter eos erat de terra que est in Basali, quam idem Stephanus ei pignori subposuerat, ut nisi ad terminum constitutum ei solvisset lb. .v. quas ab ea mutuaverat, in ea duplum habeât, cum hoc non difficeretur sed studeret excipere quod quando possessionem illius terre ei dedit inter ipsos convenerit, ut quandocumque ipsam summam solveret, terra illa sibi restituenda foret dum ipsa usumfructum interea habuisset. Quod cum probare non potuisset et sacramentum dedisset predicte Drude ipsaque sub religione iuramenti hoc penitus abnegasset, dum propterea intuitu liberalitatis ipsa Druda s. .xx. ei refundisset, laudavit quod de cetero terram illam quiete habeat et possideat ipsa et heredes eius aut cui dederit, sine eius contradictione et heredum ipsius et omnium pro eo. Terre illi coherent desuper via, inferius fossatum, ab una parte terra Sancte Marie de castro, ab altera terra Facii Bagnamusche. Professus est Stephanus Drudam possidere. .MCLX., .xviii. die iunii, indictione .xi.

MCCXVIII.

*Bongiovanni scriba di Bugia riceve da Ogerio scriba una somma
per trafficarla « ad fortunam et resicum » di esso (19 giugno
1164).*

Ogerii scribe].

Testes Gaiardus, Amicus Botarius, Furco Cascina. Professus est Bonus Iohannes scriba Buçee se portare lb. .x. Ogerii scribe ad fortunam et resicum ipsius Ogerii, potestatem habens earum im-

plicitam ei transmittere, sive secum tenere et facere inde ut sibi melius videbitur, .MCLXIII., .XVII. iunii, indictione .xi.

MCCXIX.

Puella contrae un prestito marittimo con Oberto Peloso (20 giugno 1164).

Puelle].

Testes Merlo Guaracus, Gandulfus filius Wuilielmi Mussi, Lanfrancus Bellescuse et W. Caligepallii. Puella prestavit Oberto Peloso lb. .xv. in tribus itineribus hoc modo: octo in navi Arlini pro lb. decem apud Buçeam, quattuor in navi Timonerii in Provinciam pro quinque et in Sardinea tres pro quattuor in navi Iordanii de Forti, sanis euntibus et redeuntibus infra mensem post, penam dupli et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xx. ianuarii (1), indictione .xi.

[*fo. 155 r.*].

MCCXX.

Lanfranco Arzeme emancipa la propria ancilla Aidelina (21 giugno 1164).

Testes Aideline].

Testes Conon iudex, Albertus Ricius, Iohannes Toxicus, Navarra, Anfossus, Wuilielmus Asciascinus, Fulco Caxina et Oger Gurdena. Ego Lanfrancus Arçeme profiteor accepisse a te Aideline ancilla mea libras quatuor et medium pro quibus et amore Dei te libero et manumitto et omne peculum tuum non impedire, set ab omni homine deffendere sub pena lb. .x. auri optimi et pena commissa nichilominus ipsa libertas remaneat. Luca emancipata filia eiusdem Lanfranci quicquid iuris habebat in servitute ipsius Aideline ei remisit et dedit. Actum coram domu ipsius Lanfranci, millesimo centesimo sexagesimo quarto, .xxi. iunii, indictione .xi. In eodem loco et eodem die, coram eisdem testibus, Iohannes Toxicus ad gratiam supradicte libertatis (2), cum ipsa Aideline adhesisset cuidam servo suo, statuit, convenit et expressit ut duo primi filii quos de servo suo ipsa Aideline sustulerit liberi sint et ab omni vinculo servitutis exempti.

(1) Sic nel ms. con evidente errore per iunii.

(2) cum in soprallinea su eo quod cancellato.

MCCXXI.

Giovanni Tossico si obbliga di pagare a Lanfranco Arzeme una somma di denaro al prossimo Natale (21 giugno 1164).

Lanfranci Arçeme].

* Eodem die et loco et coram eisdem testibus. Ego Iohannes Toxicus profiteor debere tibi Lanfranco Arçeme lb. .iii. $\frac{1}{2}$ quas stipulanti tibi sub pena dupli solvere promitto usque proximum natale, pro sorte et pena bona mea tibi pignori obligo, ut, nisi ita adtendero, exinde tua actoritate et absque decreto intrare possis propterea in bonis meis que malueris et quantum hoc sit tibi accipias et facias estimari et nomine vendicionis possideas et cetera.

MCCXXII.

Bongiovanni Scriba riceve merce e denaro da Guglielmo Vento per commerciarli a Bugia « ad resicum et fortunam eius » (23 giugno 1164).

Wuilielmi Venti].

Testes Ogerius Galiane, Cabutus, Nicola Castanea. Professus est Bonus Iohannes scriba se portare Buçeam de rebus Wuilielmi Venti ad resicum et fortunam eius piperis centenaria .vi. et libras .LXXXV. de quibus debet Bonus Iohannes accipere bisancios .xv. $\frac{1}{2}$ ad opus Iohannis scribe pro alfanetis eius quas habuit ipse Wuilielmus et sibi debet accipere tot bisancios quot habuerit de lb. .xxi. et s. .viii. per libram quas implicavit in enapis argenteis, residuum debet tenere et commutare ut sibi melius videbitur ad commodium ipsius Wuilielmi, vel adducere sibi ut melius videbitur. Actum in capitulo, .MCLXIII., indictione .xi., .xxiiii. die iunii.

MCCXXIII.

Bonafante e Guglielmo Amorosio, madre e figlio, contraggono un mutuo con Anselmo Amorosio e con Lanfranco da Recco (24 giugno 1164).

Anselmi Amorosii et Lanfranchi de Reco].

Testes Philippus de Lamberto, Bonus Vassallus Salsa, Tado de mercato et Obertus Trasascus. Nos Bonafante et Wuilielmus Amorosius mater et filius cepimus mutuo a te Anselmo Amorosio lb. .x. a te Lanfranco de Reco lb. .xxii. quas stipulantibus vobis sub pe-

na dupli promittimus reddere usque proximum festum beati Iohannis de iunio, unde pro pena et sorte vobis pignori subicimus omnia bona nostra habita et habenda, ut, nisi ita observaverimus, exinde vestra actoritate et sine decreto intrare possitis in bonis nostris que malueritis pro sorte et pena in bonis cuiusque in solidum et cetera. Ego Bonafantis facio hoc abrenuncians senatus consulto Velleiani et legi que priorem debitorem prius secundo asseverat conveniendum et cetera. Actum in ecclesia Sancti Laurentii, millesimo centesimo sexagesimo quarto, .xxviii. iunii, indictione .xi.

MCCXXIV.

Lamberto Guercio e Vassallo Buga convengono circa l'ulteriore decorso di una societas (25 giugno 1164).

Lamberti Guercii et Vassalli socii eius].

Testes Ribaldus Seraphie, Fulco Caxina, Ido Clarella et Ogerius Panis. Professi sunt Lambertus Guercius et Vassallus Buga quod societatem quam holim habuerant, que fuit librarium quadraginta duarum et lb. (1) trium et d. .xv. ultra acte sunt in lb. .lxviii. s. .vi., quas omnes nunc laboratum portat quo voluerit secundum tenorem prime cartule. Portat etiam ultra centenaria .vi. piperis et libras .xl. ipsius Lamberti Guercii de quo ei soli decimum proficiui debet quod ponunt in lb. .xxviii. s. .viii. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxv. iunii, indictione .xi.

[*fo. 155 v.*].

MCCXXV.

Guglielmo Vento dà a Gandolfo di Gotizone le stesse facoltà già riconosciutegli dai suoi soci (senza data).

Gandulfus de Gotiçone].

* Coram Iohanne Scriba et Braidemo ac Iohanne de Chiberra dedit Wuilielmus Ventus Gandulfo de Bulgario eandem licentiam quam habet ab aliis sociis de eorum pecunia.

MCCXXVI.

Calvelo, figlio di Bongiovanni di Pino, riceve da Oberto Clerico una somma per trafficarla (28 giugno 1164).

(1) *Sic nel ms. evidentemente per s.*

Oberti Clerici].

Testes Wulielmus Calige Pallii, Bertolotus de campo, Obertus Macia et Simon Stabilis. Calvetus filius Boni Iohannis de Pinu professus est se portare Buçeam lb. .xxi $\frac{1}{2}$. Oberti Clerici laboratum, inde Ianuam in potestatem ipsius Oberti proficuum et capitale et professus est se iurasse salvare et guardare ipsam pecuniam (1) nec inde fraudare et restituere ut supra sine fraude. Actum in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo quarto, .xxviii. iunii, indictione .xi.

MCCXXVII.

Blancardo e Bongiovanni Scriba stipulano una societas per traffici in Bugia (28 giugno 1164).

Blancardi et Boni Iohannis Scribe].

* Testes Ansaldus Claviger, Suplicius, Raimundus filius Raimundi Capellani et Girardus Petri Capri. Blancardus et Bonus Iohannes scriba professi sunt se habere societatem cuius remanent apud Blancardum ad cantara Buçee aluminis cantara .cviii. minus terça et lb. .xviii. et s. .viii. d. .i. De becunis Bonus Iohannes portat lb. .li. s. .vii. de societate et lb. .xxxxviii. s. .xiii. quas Blancardus prestavit de venditione aluminis et predictis denariis Blancardus hoc recuperabit et Bonus Iohannes cepit sibi lb. .lvi $\frac{1}{2}$, que in partem suam rationabuntur, ad reliquum quod ei remanebit duplum de rebus Blancardi erit in societatem, residuum pro ratione ad quartam proficui in societatem convertendam. Cum hac societate debet ire Buçeam et ut sibi melius videbitur in ea negociari, ad divisionem capitali diducto omne proficuum et sui percacci per medium debent partiri. Actum in capitulo, .mclxiii., .xxviii. iunii, indictione .xi.

MCCXXVIII.

Nuvelono, Angelerio e Rainaldo Strugnon contraggono una societas per traffici che quest'ultimo farà a Bugia e altrove (29 giugno 1164).

Nuveloni, Angelerii et Strugnonis].

* Testes W. Trallandus, Iohannes Arcugus, Bonus Iohannes de Thoma de Locoli. Nuvelonus et Angelerius fecerunt societatem cum

(1) pecuniam *in sopravlinea su societatem cancellato.*

Strugnone in qua Angelerius lb. .lvii. s. .viii. d. .v., Nuvelonus de rebus filiorum Wuilielmi Scarsarie lb. .xxx. s. .ii. $\frac{1}{2}$, ad quas Rainaldus Strugnon contulit lb. .xxxxiii. s. .xv. d. .v $\frac{1}{2}$. Portat Ultra Rainaldus de suis lb .xi. s. .viii. d. .i $\frac{1}{2}$. Hanc societatem Rainaldus Buçeam inde quo voluerit, in redditu, capitali tracto et proficuo, superfluum contingente reliquum debent partiri per medium. Deinde Nuvelonus et Angelerius medietatem que partem suam contingeret dividere debent per libram. Actum in pontili capitulo, .MCLXIII., .xxviii. iunii, inductione .xi. Professi sunt invicem se omnes alias societas et comedaciones quam invicem haberunt divisisse et partem suam tulisse.

[fo. 156 r.]

MCCXXIX.

Armanno figlio del fu Careto di Veta dona al comune di Genova la sua comproprietà di un monte (30 giugno 1164).

(Co)munis (Ian)ue].

* Testes Obertus Cancellarius, Wuilielmus Mallon, Bonusvassallus. (1) Belforte Mallon, Ansaldus Ite et Donatus de Sancto Donato. Ego Armannus filius quondam Careti de Veta dono comuni Ianue quartam partem totius montis Vete et terciam alterius quarterii eiusdem montis, ut inde proprietario nomine quid velit faciat ipsum aut cui dederit sine mea contradicione et meorum heredum et omnium pro nobis. Vobis igitur Lanfranco de Alberico stipulanti pro comuni Ianue sub pena dupli promitto hanc donationem non impedire, set ab omni homine legitime semper defendere sicut valuerit aut fuerit pro tempore meliorata. Pro evictione dupli bona que habeo et habiturus sum pignori subicio comuni Ianue, ut, nisi ut supra adtendero, exinde comune Ianue sua actoritate et sine decreto intrare possit in bonis meis que maluerit et quantum hoc fuerit sibi accipiat et faciat estimari et nomine vendicionis possideat et cetera. Confiteor me esse annorum .xxv. et iuro hanc donationem omni tempore me ratam habiturum et non retractaturum, set in perpetuum firmam habiturum. Actum Ianue in capitulo, millesimo centesimo sexagesimo quarto, ultima iunii, inductione .xi.

MCCXXX.

Rolando di Pietro Bono dichiara di portare per trafficarla a Bugia merce di Ingone Puella (30 giugno 1164).

(1) Lacuna prodotta da lacerazione del margine destro del ms.

Ingonis Puelle].

* Testes Pantaleus Mortuus siti, Rolandus Suçopel, Oliver Collus, Lanfrancus calegar et Adamus calegarius. Rolandus Petri Boni portat lb. .xxxxiii. implicatas in canapiciis ad quartam proficui Buçeam, inde Ianuam, in potestatem Puelle vel sui nuncii. Oger socius predicti Rolandi consensit. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxx. iunii, inductione .xi.

MCCXXXI.

Mangiapane, figlio del fu Bongiovanni Buferio e Aimelina, coniugi, vendono la terza parte di una terra in Sestri Ponente a Guglielmo Malocello (5 luglio 1164).

Wuilielmi Malocelli].

* Testes Ansaldus Bussatus, Rainaldus Beniçonis, Angelerius Pollesinus, Wuilielmus Licerii et Vassallus Maniavacca. Nos Maniapani filius quondam Boni Iohannis Buferii et Aimelina iugales cepimus a te Wuilielmo Malocello lb. .xxxi. s. .viii. finito precio pro tercia parte pro indiviso unius pecie terre iuris matris mee Maniapani, quam habere visa est in Sexto, que pecia super totum est tabule .ccxxii. cum aliis duabus partibus, cui coheret a duabus partibus terra nostra, a tercia terra Enrici Amigonis, a quarta via publica, cuius descripte terre terciam partem pro supradicto precio vobis ut rem alienam vendimus, plenum et vacuum, cum ingressu et exitu suo et omni suo iure, faciendum inde proprietario nomine a vobis et heredibus vestris aut cui dederitis quicquid volueritis sine contradictione mee predicte matris et nostra et omnium pro nobis, stipulantibus etiam vobis sub pena dupli promittimus, hanc vendicionem sicut valuerit, aut meliorata fuerit, vobis ab omni homine et predicta matre nostra eiusque heredibus et omnium pro eis defendere et actoricare quisque nostrum in solidum. Pro evictione dupli bona nostra habita et habenda pignori vobis subicimus ut nisi sic observaverimus exinde in bonis nostris que malueritis intrare possitis vestra actoritate et sine decreto pro sorte et pena et quantum hoc fuerit vobis accipiat et faciat estimari et possideatis nomine vendicionis et cetera. Abrenunciamus insuper iuri quo nos possemus excusare a pena eo quod scienter a nobis rem alienam comperetis. Possessionem vobis dedisse profitemur. Ego Aimelina facio hoc consilio et actoritate (1) fratrum (2) meorum Lamberti

(1) Cancellato: propriam.

(2) Cancellato: quorum.

Guercii et Oreglerii, abrenuncians iuri hypothecarum et senatus consulo Velleiani. Actum in capitulo, .MCLXIII., .v. die iulii, indictione .xi., sub porticu Lamberti Guercii.

[*fo. 156 v.*].

MCCXXXII.

Martino De Mari e Giovanni Graxuncio contraggono una societas
(5 luglio 1164).

.] (1).

* Testes Obertus . . . , Obertus Malocellus et . . . (Mar)tinus de Mari et Iohannes Graxuncius contraxerunt societatem in quam Martinus lb. .xx. et Iohannes lb. d(ecem) Iohannes laboratum quo velit in reditu in potestatem Martini vel eius nuncii. Capitali diducto proficuum debent dividere per medium. Iuravit insuper ipse Iohannes bona fide salvare et promovere secundum tenorem fide societatis et restituere ut supra. Actum in capitulo, .MCLXIII., .v. die iulii, indictione .xi.

MCCXXXIII.

Ogerio Curto e Adalasia, coniugi, promettono in sposa la figlia Al-
da a Domenico di Aurifabro (11 luglio 1164).

Dominici Aurifabri].

Testes Philippus de Lamberto, Lanfrancus de Alberico, Albericus Otobonus, Ugo de Baldecone, Guidotus de Nigro, Gandulfus, Amicus Cevolla et plures alii. Ogerius Curtus et uxor eius Adalasia iuraverunt dare Dominico Aurifabri per totum octubrim Aldam filiam suam in coniugem et, si ante venerit a Pisis, infra octo dies postea et libras quinquaginta ei complere usque sanctum Iohannem cum eo quod nunc sibi dederint in guarnimentis, nisi sicut eius licencia remanserit vel sui certi nuncii. Quod si terminum vel terminos inde eis produxerit, ad terminum vel terminos pariter tenebor. Ego Adalasia propterea obligo tibi Dominico omnia bona mea consilio propinquorum Philippi de Lamberto et Albertoni de Nigro, quam obligacionem fecit in testimonio Ugonis de Baldecone, Boiamundi Lanfranchi Bacemi, Simonis de Villano Botaroli, Ingonis Nigrapelle et Amici Cevolle. Actum in ecclesia Sancti Laurentii, .MCLXIII., .xi. die iulii, indictione .xi. (2).

(1) Lacune causate da obliterazione della scrittura.

(2) L'atto è cancellato con la parola: OTOBONUS.

MCCXXXIV.

*Domenico di Aurifabro promette in relazione al doc. n. MCCXXXIII
con giuramento di sposare Alda e di costituirle l'antefactum
(11 luglio 1164).*

Alde filie Ogerii Curti].

* Eodem die, loco et eisdem testibus. Dominicus iuravit predictam Aldam ut supra accipere in coniugem et quod ultra lb. .xxxx. quas tenetur dare in terris dimittet in potestatem securi hominis, in noticiam saceri sui Ogerii Curti, in quibus ipsa Alda sit secura de antefacto suo.

MCCXXXV.

*Balduino, figlio del fu Martino di Arato, vende a Ribaldo Serafie
una pezza di terra in Albaro (11 luglio 1164).*

Ribaldi Seraphie].

* Testes Roger de Iusta, Fulco Buferius, Stabilis et Ogerius Gurdena. Ego Balduinus filius quondam Martini de Arato profiteor cedisse a te Ribaldo Seraphie libras duodecim denariorum ianuensium finito precio pro pecia una terre iuris mei quam habere visus sum in Albario, cui coheret a duabus partibus terra Ogerii Sperte, a tercia Ribaldi quondam Enrici Guercii, a quarta via publica. Infra quas coherencias plenum et vacuum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure tibi pro supradicto precio in integrum vendo, faciendum proprietario nomine a te et heredibus tuis aut cui dederitis quicquid volueritis sine mea contradicione et meorum heredum et omnium pro me. Possessionem vos habere profiteor et pro evictione dupli bona que habeo et habiturus sum vobis pignori obligo, ut nisi ita adtendero, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis meis que malueris pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi facias estimari et estimatum possideas nomine vendicionis. Iuravit insuper omni tempore hanc vendicionem ratam et firmam habere et non retractare ullo modo per se vel suppositam personam. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xi. iulii, indictione .xi.

[fo. 157 r.]

MCCXXXVI.

Geremino, figlio del fu Amico, banchiere, e Ricia, coniugi, vendono a Ingone Puella una terra in Albaro (15 luglio 1164).

Ingonis Puelle].

Testes Wuilielmus Niger, Anselmus de Caffara, Ingo Boledus, Oger Collus, Rolandus (1). . . . Rolandus affactator et Wuilielmus Crusetus. Nos Gereminus filius quondam Amici bancherii et Ricia iugales cepimus a te Ingone Puella lb. .cxxxiii. denariorum ianuensium finito precio pro loco uno iuris quem habere visi sumus in Albario, cui coheret ab una parte terra domne Caprine, ab altera Marchionis Muscarollii et Bonivassalli Gebe, ab altera terra eiusdem Gebe et boscos predicti loci quem quoddam fossatum conterminat, ab altera via publica. Infra quas coherencias plenum et vacuum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure tibi pro supradicto precio vendimus et tradimus faciendum et cetera, stipulanti etiam tibi promittimus hanc vendicionem amplius non impedire set ab omni homine legitime semper defendere sicut et cetera, pro evictione dupli bona que habemus et habituri sumus pignori ut, nisi sic, absque decreto et cetera. Possessionem tibi dedisse profitemur. Ego Ricia facio hoc consilio patris mei Wuilielmi Cruseti et Ogerii Colli et Rolandi affactatoris propinquorum meorum, abrenuncians in hoc casu iuri hypothecarum et senatus consulto Velleiani. Iuro etiam ad sancta Dei evangelia quod hanc vendicionem omni tempore firmam et ratam habeo nisi in contrarium ibo et quod tempore quo etatis ero infra mensem postquam michi fuerit requisitum a te vel nuncio tuo vel herede quod pro eodem precio sumpto tibi (2) cartam huius vendicionis faciam in laude tui iudicis. Actum in domo ipsorum iugalium, .MCLXIII., .xv. iulii, inductione .xi.

MCCXXXVII

Guglielmo Aradello vende a Bongiovanni Malfigliastro una pezza di terra in Genova (15 luglio 1164).

Boni Iohannis Malfiastri].

Testes Bonus Vassallus Maçal, Grugnus guardator, Enricus speciarius. Ego Wuilielmus Aradellus profiteor cepisse a te Bono Iohanne Malfiastro pro pecia terre oliveti et sicuti in Calegnano cui coheret a duabus terra tua, a duabus via publica lb. .xiii. denariorum ianuensium. Non impedire stipulanti tibi promitto, set ab omni homine defendere promitto, quod si non potero precium tuum

(1) *Lacuna prodotta da obliterazione sul margine destro del ms.*

(2) *Nel ms.: car cartam.*

tibi reddam. Possessionem dedi. Actum in pontili capituli, .MCLXIII., .xv. (1) iulii, indictione .xi.

MCCXXXVIII.

Vassallo di Minuta contrae un prestito marittimo con Geremino del fu Amico, banchiere (17 luglio 1164).

Geremini].

Testes Petrus papiensis, Hodeçonus, Guidotus, Vivianus et Donatus guardatores. Professus est Vassallus de Minuta se cepisse lb. .iii. denariorum ianuensium a Geremino quondam Amici banchieri pro quibus stipulanti ei sub pena dupli promisit solvere lb. .v. denariorum, navi Baldeçonis de Pasia qua suus filius vadit Tripolim sana eunte et redeunte in proxima ventura estate infra mensem post quam venerit, bona pignori intrare et cetera et sine decreto. Actum in capitulo, .xvii. iulii, indictione .xi.

MCCXXXIX.

Domenico, figlio di Aurifabro, costituisce l'antefactum alla sposa Alda, figlia di Ogerio Curto (18 luglio 1164).

Alde Ogerii Curti].

* Testes Philippus de Lamberto, Guidotus de Nigro, Amicus Cevolla, Lambertus Philippi, Albertun de Nigro, Boniamundus Iohannis Christiani, Caput Galli, Ugo de Baldeçone. Ego Dominicus Aurifabri filium quondam (2) dono Alde dilekte sponse mee filie Ogerii Curti nomine antefacti in bonis que habeo et habiturus sum habendas et tenendas pro more et consuetudine civitatis Ianue. Actum in domum filiorum quondam Iohannis Buiachesii, .MCLXIII., .xviii. iulii, indictione .xi.

MCCXL.

Boiamondo di Giovanni Cristiano garantisce in proprio ad Alda l'antefactum costituito da Domenico col doc. MCCXXXIX (18 luglio 1164).

Eiusdem Alde].

* Eodem die et loco et eiusdem testibus. Obligavit se eidem Alde

(1) xv. in soprallinea su cancellatura illeggibile.

(2) Spazio bianco nel ms. Manca l'importo della donazione.

Boniamundus de Iohanne Christiano ut compleatur in rebus suis ei usque in lb. .LXXX. pro antefacto ipsius Alde si in rebus Domini deficeret, quoisque hoc aliter collocabuntur.

[*fo. 157 v.*].

MCCXLI.

Guglielmo Fasol contrae un mutuo con Amico, Lamberto e Alberto Grillo (19 luglio 1164).

Amici Grilli].

Testes Cancellarius, Marchese Castanea, Ansaldus Nigrancius et Marinus de Lavania. Ego Wuilielmus Fasol cepi mutuo a vobis Amico Grillo lb. .x. denariorum, a vobis Lamberto Grillo lb. .x. denariorum et a fratre vestro Alberto lb. .x. similiter denariorum, quas stipulantibus vobis sub pena dupli promitto reddere per me vel meum missum vobis vel vestro misso suis cuique usque per totum proximum venturum mensem iunii, unde pro sorte et pena bona pignori intrare et cetera et sine decreto. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xviii. iulii, indictione undecima.

MCCXLII.

Guglielmo Guercio vende al genero Alinerio un fondo in Pegli (19 luglio 1164).

Alinerii de Porta].

* Testes Oto de Murta, Ogerius Tantus, Wuilielmus Iordani de Porta et Wuilielmus Alinerii de Porta. Ego Wuilielmus Guercius de Ponte cepi a te Alinerio genero meo lb. .CL. finito precio pro loco meo dominicato de Pelio cui ab una parte coheret terra Oberti Cevolle, ab altera Varrena, inferius et superius via publica. Infra quas coherencias plenum et vacuum cum ingressu et exitu suo et omni suo iure et medietate exituum quos habeo in Pelio excepto loco de Casellis et cetera. Possessionem dedi. Stipulanti igitur tibi sub pena dupli promitto non impedire set ab omni homine deffendere et actoriçare sicut valuerit aut meliorata fuerit et cetera, pro evictione dupli bona pignori intrare et cetera et sine decreto et facere estimari. Anni vero huius michi usumfructum retineo. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xviii. die iulii, indictione .xi. (1).

(1) In margine la seguente annotazione: non detur sine licentia Wuilielmi Guercii.

MCCXLIII.

Guglielmo, speziale, dichiara di portare merci di Stabile alla fiera di Vercelli dividendone il profitto (20 luglio 1164).

Stabilis].

Testes Bonus Vassallus Maçalis, Obertus Malocellus et Oger Pannis. Wuilielmus specarius professus est se portare de rebus Stabilis ad feriam vercellensem lb. .xv. quas illuc bona fide debet commutare et implicare, in reditu reducere, in potestatem Stabilis vel Ribaldi Seraphie proficuum et capitale, medium proficui habiturus. Actum .MCLXIII., .xx. die iulii, indictione .xi.

MCCXLIV.

Boverio, figlio di Benedetto Grosso, costituisce l'antefactum alla sposa Candida, figlia di Melasca (20 luglio 1164).

Candide filie Melasche].

* Testes Americus, Donatus de Sancto Donato, Ribaldus Poncius, Petrus Caràmellus, Albertus Saliantis. Ego Boverius filius Benedicti Grassi dono Candide dilecte sponse mee filie Melasche in bonis que habeo et habiturus sum tantum quod bene valeat lb. .iii. denariorum ianuensium ad habendum et tenendum pro more et consuetudine civitatis Ianue. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xx. die iulii, indictione .xi.

MCCXLV.

Baldezone Grasso riceve, sotto certe condizioni, della merce da Amico Zostro per commercialiarla in Tripoli (22 luglio 1164).

Amicis Costri et Baldeconis de Pasie].

Testes Ribaldus Seraphie, Ansaldus de Ponte, Wuilielmus Bonopera et Philippus notarius. Baldeçon Grassus cepit ab Amico Costro cantara .vi. rami quod portare debet ad resicum Xeche Bohahie de Tripoli, set illuc vendere ad resicum ipsius Amici et si Xecha sub sua lege promiserit quod non habuerit de Scicilia nuncium vel litteras quod .xxxx. bisancii Roxaldini et .x. tripulati quos ipse Amicus ab eo acceperat missi sint fratri suo vel filio quod erat in Scicilia, eorum solucionem inde facere debeat et cartam accipere ab ipso Xecha in quam ipsum Amicum et omnes ianuenses quietos appellat de ipso debito. Si in eo ramo defecerit, Baldeconus complebit de suo et inde ei dabit Amicus sub pena du-

pli promissa stipulanti sicut alii bisancii quos ei miserint, si superfuerit, vel, si Sceche profitebitur solucionem illam factam esse debebit, hoc Baldeçon implicare et adducere ipsi Amico ad resicu[m] eius. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxii. iulii, inductione .xi.

[fo. 158 r.].

MCCXLVI.

Oliverio Donato si obbliga di portare laboratum fustagni di Refutato e riportargli in Genova il ricavo (22 luglio 1164).

Refutati].

* Testes Ugo Belloculus, Anfossus Boterius et Philippus notarius. Oliverius Donatus professus est se portare pecias quadragintaquinq[ue] fustaneorum blancorum Refutati iudicis, quos laboratum portare debet quo iverit et ei reducere capitale et proficuum ad resicum eius. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxii. iulii, inductione .xi.

MCCXLVII.

Stabile contrae una societas con Guglielmo figlio di Giovanni Golia (22 luglio 1164).

Stabilis et Wuilielmi filii Iohannis Golie].

* Testes Obertus Cancellarius, Ansaldus de Nigrone et Belengerius Carlembellus. Stabilis fecit societatem cum Wuilielmo filio Iohannis Golie precepto et actoritatis ipsius Iohannis presentis, in qua Stabilis lb. .xxxr. et Wuilielmus lb. .xv $\frac{1}{2}$. Portat ultra de suis rebus idem Wuilielmus lb. .xlviij. $\frac{1}{2}$. Hec omnia laboratum quo iverit, in reditu in potestatem Stabilis vel sui nuncii proficuum debent partiri per libram et proficuum quod libre societatis contigerit inter se debent partiri per medium. Portat etiam cantara .iii. et rotulos .xxxviii. bombicis Ansaldi Golie. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxii. iulii, inductione .xi.

MCCXLVIII.

Alvernacio, Guglielmo Trallando, Anselmo giudice, vendono una pezza di terra a Guglielmo Giorgio (22 luglio 1164).

Wuilielmi Georgii].

* Testes Donumdei Bocharus, Stabilis, Vassallus Maniavacca, Obertus Dalmacius, Loise de fossato. Nos Alvernacius, Wuilielmus Trallandus, Anselmus index cepimus a te Wuilielmo Georgio lb. .lvii. s. .xv. denariorum finito precio pro pecia una terre filiorum

quondam Oberti Nigrancii, cui coheret a duabus terra Wuilielmi de Vivaldo, a tercia quondam Ogerii de Bocherone, a quarta Donadei de Pegio et patris Philippi et Nigri cum via ampla una canna usque in mare, quod totum est tabule .ccxv. Vendimus ut rem alienam. Defendere promittimus ut propriam, sub pena dupli stipulanti tibi et cetera pro evictione dupli bona pignori intrare et cetera et facere estimari absque decreto et cetera abrenunciantes iuri quo nos tueri possemus pro minoribus fideiubentes vel quod a nobis rem alienam scienter ematis. Set, cum ipsi minores cartam fecerint tibi vel facere voluerint in laude tui iudicis si per te remanserit, inde simus absoluti vel postquam alter eo de medietate sua ita fecerit inde amplius non teneamur quantum de parte eius. Iuraverunt preterea Wuilielmus et Obertus ad sancta Dei evangelia quod hanc vendicionem omni tempore firmam et ratam tenebunt nec contra eam ibunt et quod cum etatis erunt pro eodem prelio sumpto in laude sui iudicis ei cartam facient vel uxor aut nuncio eius in laude sui iudicis, nisi per eum remanserit vel impedimento aut oblivione, quibus dilapsis et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxii. iulii, inductione .xi.

MCCIL.

Pietro di Eustachio riceve da Otone Bono una somma del figlio del fu Eustachio e si impegna di restituirla entro due anni (22 luglio 1164).

Otonis Boni de Vineis pro filiis quondam Eustachii].

Testes Stabilis, Tacleus Mariscoti, Ursus Maraboti caravellatoris, Loise de fossato et Suplicius. Ego Petrus Eustachii cepi a te Otone Bono de vineis lb. .l. denariorum ianuensium filii quondam Eustachii, quas per me vel meum nuncium tibi vel tuo nuncio promitto reddere usque biennium sub pena dupli tibi stipulanti promissa sub qua tibi similiter promitto quod interea ipsum filium Eustachi et in vestibus et virtualibus convenienter procurabo gratis, pro pena et sorte bona mea pignori tibi subicio et cetera. Bonus Iohannes Malfiaster proprius et principalis debitor, abrenuncians et cetera, infra octavam diem et cetera, bona pignori ut supra. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxii. iulii, inductione .xi.

[*fo. 158 v.*].

MCCL.

Gandolfo dona alla moglie Ermegina l'antefactum e dichiara di aver ricevuta una somma del patrimonio di essa (22 luglio 1164).

Ermegine uxoris Gandulfii Enrici magistri].

* Testes presbiter Obertus de Corneiano, Ansaldus clericus, Iohannes iudex, Pascalis de infantibus et Mantellus Brundus. Ego Gandulfus Enrici magistri dono pro antefacto Ermegine uxori mee lb. .xv. et lb. .x. $\frac{1}{2}$ habui de patrimonio ipsius, de tanto voco me quietum habiturus lb. .iii. $\frac{1}{2}$ preterea de patrimonio (1) eius. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxii. iulii, indictione .xi.

MCCLI.

Embrono si riconosce debitore verso Elia di una somma che renderà nella prossima festa di San Giacomo (24 luglio 1164).

Elie].

* Testes Gandulfus Muscelica, Martinus de mari, Bonus Iohannes de domo, Adamorrus et Raimundus Bucea. Ego Embronus debeo vobis Elie libras centum viginti denariorum ianuensium, quas per me vel meum nuncium vobis vel vestro nuncio reddere promitto usque secundum festum venturum beati Iacobi, penam dupli, bona pignori et intrare et cetera et facere estimari. Actum in pontili capituli, .MCLXIII., indictione .xi., .xxiii. iulii.

MCCLII.

Martino di Raveca e Andrea Tornator contraggono tra loro una societas (26 luglio 1164).

Martini de Raveca et Andree Tornatoris].

* Testes Aimericus, Ansaldus Cintracus, Iosephus iudeus et Bernardus Caputpini. Martinus de Raveca et Andreas Tornator fecerunt societatem in quam Martinus contulit lb. .x. et Andreas libras quinque, ultra quas Andreas portat de suis libras quinque, quartâ proficii quarum debet converti in proficuum prediche societatis. Hanc pecuniam ipse Andreas laboratum portare debet in ligno Streiaporci et quo maluerit. Vadit ad conductum. In reditu ad divisionem, capitali societatis tracto et quarta proficii librarum .v. conversa in proficuum societatis, per medium dividere debent, in potestatem Oliverii Nivetelle et si voluerit reducere, si poterit. In capitulo, .MCLXIII., .xxvi. iulii, indictione .xi.

(1) Cancellato: tuo.

MCCLIHI.

Venia contrae un mutuo con Ogerio Scriba obbligandosi a restituire il denaro entro l'anno (26 luglio 1164).

Ogerii Scribe].

Testes Philippus notarius, magister Armannus. Ego Venia cepi mutuo a te Ogerio scriba de rebus filie Wuilhelmi Rebolli, quas usque annum tibi reddam vel tuo misso per me vel meum missum vel Anna si ipsa maritabitur, penam dupli, bona pignori extradotes et cetera et specialiter usumfructum de Camogio, ut nisi sic et cetera. Iuravit ita solvere et plus de suis gratis dare s. .xii. nisi sicut impedimento vel eius licentia remanserit et quod in testamento suo hec observanda constituet. Actum in domo Ogerii scribe, .MCLXIII., .xxvi. iulii, indictione .xi.

MCCLIV.

Balduino Guercio dichiara di aver ricevuto da Ugone vescovo di Santa Giusta una somma per Opizone Malaspina e ne promette la restituzione (18 luglio 1164).

Iudicis (1) Arvoree].

* Testes Bisacius, Baldeconus Ususmaris, Ido Gontardus, Nuvelon, Enricus Guercius, Nicola Rodulfi Paganus de Volta et Ingo de Volta. Balduinus Guercius professus est se cepisse ab Ugone episcopo Sancte Iuste libras centum quadragintaquinq; denariorum ianuensium pro Opizone Malaspina quas ipsi episcopo stipulanti in sua legalitate promisit se redditurum ei vel iudici aut suo nuncio, si dominus imperator non coronaverit iudicem et investi- verit de Sardinea et nisi iudex in accordium se separaverit ab eius curia infra mensem postquam hoc cognitum fuerit. Hoc autem abre- nuncians laudi qua fuit constitutum ianuenses pro extraneis fide- iubentes non teneri. Actum in camera domini archiepiscopi, .MCLXIII., .xxviii. iulii, indictione .xi.

[*fo. 159 r.*].

MCCLV.

Tancleo dichiara di ricevere da Lanfranco Bacemo e Vassallo Se- gner una somma a saldo di quanto essi dovevano al fratello (28 luglio 1164).

(1) Iudicis in soprallinea su Regis cancellato.

Lanfranci Bacemi et Vassalli Segner].

* Testes W. Malocellus, Oto iudex, Rainaldus de Benicone, Oto-bonus Streiaporcus et Lepardus lucensis. Ego Tancleus advocatus Luce cepi a vobis Lanfranco Bacemo et Vassallo Segner lb. .x. ianuinorum pro quibus vobis facio finem et remissionem de lb. .xxiiii. lucensium de quibus michi quondam meo fratri tenebamini et promitto stipulantibus vobis sub pena lb. .xxiiii. lucensium quod amplius vos inde non inquietabo nec molestabo per me vel meos heredes et quod si neptes mee vel aliqua persona occasione quondam fratris mei vel mea vos inde inquietaverit, quod inde vos absolvam et indempnes constituam et omnes raciones et iura quas habemus inde adversus Marchionem Opecinum vel heredes eius vobis damus et inde mea fide et legalitate promitto me sic observaturum, bona pignori, intrare et cetera. Actum in capitulo. .MCLXIII., .XXVIII. iulii, indictione .xi.

MCCLVI.

Oberto Roza e Stabile contraggono una accomandacio per affari in Romania (30 luglio 1164).

Stabilis].

* Testes Raimundus de Pollana, Bonus Iohannes Mussus, Girardus de Tholosa, Paganus de Tholosa, Wuilielmus de Tholosa. Obertus Roça professus est se portare lb. .xxxxviii. s. .iii. de rebus Stabilis in Romaniam, de quibus non debet facere expensas nisi in fornimento rerum ipsarum. Si habuerit inde bisancios .ii $\frac{1}{2}$, per libram hoc debet computari pro capitali et, si plus, de ipso plure et de omni proficuo quartam habere debebit, si minus habebit, inde eadem ratione debebit capitale racionari et proficuum insuper predicta ratione partiri sicut miserint alii bisancii quos illuc habuerit. In reditu capitale et proficuum adduci debebit in potestatem Stabilis vel eius nuncii. Actum in capitulo. .MCLXIII., ultima iulii, indictione .xi.

MCCLVII.

Stabile e Raimondo di Pollana contraggono una societas per affari da svolgersi a Costantinopoli (30 luglio 1164).

Stabilis et Raimundi de Pollana].

Testes Obertus Roça, Bonus Iohannes Mussus, Poncius Rainaldus, Vivaldus de Tolosa, Girardus Tolose, Paganus et Wuilielmus Tolose. Societatem se contraxisse professi sunt Stabilis et Raimundus de

Pollana in qua ut mutuo profitemur Stabilis contulit libras centum quatuordecim, Raimundus autem libras quinquaginta septem, in quam etiam societatem ceperunt libras centum filiorum Otonis Musonis, de quibus debent per annum lb. .xii. et que ad divisionem debent percipi ante omnia, de quibus omnibus portat Constantiopolim idem Raimundus lb. .cxl. laboratum, inde Ianuam venire debet, in potestatem Stabilis vel sui nuncii et capitali cuiusque tracto proficuum et percacium debent partiri per medium. Reliqua vero ipsius societatis habent laboratum sicut est in eorum cartulariis scriptum. Actum in capitulo, .MCLXIII., ultima iulii, inductione .xi.

MCCLVIII.

Michele e Stabile contraggono una societas per affari oltremare (31 luglio 1164).

Stabilis].

* Testes Ansaldus Cintracus, Vitalis Tholose, Raimundus Pollane, Girardus Paganus et Wuilielmus Tolose ac Poncius Rainaldus. Michel qui stetit cum Stabili contraxit societatem cum Stabili, in qua ut mutuo professi sunt Michel contulit lb. .xii. et Stabilis .xxviii. de qua societate non debent fieri expense victus vel vestitus. Portat enim lb. .ccxl. ipsius Stabilis de quibus victimum et vestitum convenienter ducere debet. Hec portat ultramare inde Ianuam in potestatem Stabilis vel eius nuncii, de societate capitali diducto proficuum et percacium persone per medium debet partiri. Reliquum totum Stabilis et desuper societate. Actum in capitulo, ultima iulii, inductione .xi.

[*fo. 159 v.*].

MCCLIX.

Guglielmo Normanno, fa quitanza della dote ad Adalasia figlia del fu Guglielmo Musso e sua sposa (31 luglio 1164).

Adalasie uxoris Wuilielmi Normanni].

Testes Ansaldus de Nigrone, Nubelotus, Wuilielmus eius filius, Gilbertus bancherius, Iohannes de Valencia, Oto Pancia et Bendrichtum. Ego Wuilielmus Normannus voco me quietum et solutum de lb. .xxxv. denariorum ianuensium ex dotibus Adalasie filie quondam Wuilielmi Mussi dilecte sponse mee et ei dono nomine antefacti habendas et tenendas pro more et consuetudine huius civitatis, bonis habitis et habendis quod valeat lb. .xxxv. denariorum ianuensium.

Ambrosius Coion pro ea suscepit. Actum in capitulo, .MCLXIII., ultima iulii, indictione .xi.

MCCLX.

Guglielmo Negro dona ad Albertone Ricio tutta la terra assegna-tagli per sentenza contro gli eredi di Sibilla (1 agosto 1164).

Albertonis Ricii].

* Testes Barocius Mallon, W. Mallon, Otobellus iudex et Ogerius Panis. Ego Wuilhelmus Niger dono tibi Albertoni Ricio totam terram michi laudatam contra heredes Sibilie in solutum pro lb. .xx. ob manulevacione qua inde me habuerat obligatum non impedire, sed ab omni homine legitime deffendere et actoricare sub pena dupli tibi stipulanti promitto sicut valuerit et cetera pro evictione bona pignori et cetera. Possessionem te habere profiteor et cetera. Kalandis augusti, .MCLXIII., indictione .xi.

MCCLXI.

Baldezone Usodimare e Oberto da Lucca convengono circa i capi-tali di una loro societas (2 agosto 1164).

Baldeçonis Ususmaris et Oberti lucensis].

Testes Angelerius de Camilla, Oto de Mediolano, Ansaldus de Nigrone, Obertus Lavagius et Lambertus Canis. Baldeçon Ususmaris et Obertus lucensis professi sunt societatem quam hactenus habuere actam esse in lb. .CCCCCL., infra quas sunt lb. .xxv. uxoris Baldeçonis, exceptis lb. .CCLXVII., quas inde ante cepit Obertus lucensis. De qua societate Obertus portat inter denarios ianuenses et que de Provincia ultramare portantur lb. .DCCX., Ianue autem remanent lb. .CCXXX. in mercibus de quibus uxori ipsius Oberti dabuntur lb. .L., ad scuntrum quarum Baldeçon debebit accipere ad denarios lb. .CCCXVII. quia ad societatem pertinebit si plus minusve fuerint, set non accipiet modo nisi lb. .CLXXXX. reliquum ad divisionem percipiet et capitali diducto omne proficuum tam remanentium .CXXVII. quam societatis mediatenus dividi debent. Comendacionem portet cum testibus vel in noticia Ribaldi Ususmaris. Actum in capitulo, .MCLXIII., .ii. augusti, indictione .xi. (1).

(1) Cancellato con le parole: E. OGE.

MCCLXII.

*Simone Villano rilascia quitanza a Nicola Berfogio di una somma
(4 agosto 1164).*

Nicole Berfogii].

* Testes Donumdei Bocarus, Botarol et Enricus de Volta. Ego Simon Villani cepi a te Nicola Berfogio lb. .xxxvii $\frac{1}{2}$. denariorum ianuensium de lb. .lxxv. de quibus Bonus Iohannes Malfiaster et Primus obligati fuerant domino Ingoni de Volta et michi et inde me voco quietum. Iuravit insuper quod inde per se vel alium non molestabit nec inquietabit amplius ipsum Nicolam vel fratres eius aut aliquem pro eis, immo quod cum etatis erit quod inde faciet sibi caucionem in laude sui iudicis, infra mensem postquam ei fuerit requisitum ab aliquo eorum vel ipsorum nuncio. Actum in capitulo, .MCLXIII., .iii. augusti, indictione .xi.

[*fo. 160 r.*].

MCCLXIII.

*Martino De Mari contrae una societas con Giovanni di Patrio per
affari che questi farà a Centa (4 agosto 1164).*

Martini de Mari et Iohannis de Patrio].

* Testes Angelarius de Camilla, Lanfrancus Frenquellus, Nuvelon, Ugo de Papia et Patrius. Martinus de mari fecit societatem cum Iohanne de Patrio in quam ut mutuo professi sunt, Martinus de Mari contulit lb. .xxxx., Iohannes autem de Patrio lb. .xxxx. apud Septam et quo maluerit, in reditu in potestatem Martini vel sui heredis aut nuncii, capitali diducto, proficuum et omne percacium per medium debent partiri. Iuravit insuper hanc societatem salvare et guardare et promovere bona fide secundum tenorem fide societatis et restituere ut supra nec infraudare eum per annum ultra s. .x. ex hac neque de altera pecunia quamdiu secum habuerint societatem et restituere semper ut supra. .MCLXIII., .iii. augusti, indictione .xi.

MCCLXIV.

*Alberto Luveron di Camartinasca fa dono al figlio emancipato Gerardo del peculio e del quarto del suo patrimonio, ritenendone
di questo l'usufrutto (5 agosto 1164).*

Girardi Monederii].

* Testes Anselmus Buferius, Enricus Rodoanus, Papa Canticula, Stabilis et Ansaldus Bucucius. Ego Albertus Luveron de Camartinasca dono tibi Gerardo filio meo emancipato omne conquestum et peculium tuum et quicquid in eo michi pertinet precio emancipationis et preterea quartam partem tocius mei posse faciendum inde proprietario nomine quicquid volueris absque mea contradictione et omnium pro me, retinendo usumfructum ipsius quarte in vita mea. Actum in capitulo, .MCLXIII., .v. augusti, indictione .xi.

MCCLXV.

Guglielmo Gaberina fa quietanza a Domenico giudice, suo cognato, di una somma della dote della moglie Adalasia, figlia del fu Ingone di Rainfredo (5 agosto 1164).

Adalasia quondam Ingonis de Manfredo].

* Testes Bonus Iohannes Brundus, Iacobus de Ionatha et Centor. Ego Wulielmus Gaberina voco me quietum et solutum de libris centumviginti et solidis quindecim denariorum ex dotibus uxoris mee Adalasie filie quondam Ingonis de Rainfredo quas accepi a te Dominico iudice cognato meo et a Novello pariter. Actum in capitulo, .MCLXIII., .v. augusti, indictione .xi.

MCCLXVI.

Giovanni Marracio, figlio del fu Guinizone di Casaleto, vende ad Oberto Clerico, figlio del fu Opizone, una terra in Chiavari (6 agosto 1164).

Oberti Clerici].

* Testes Ansaldus Mallon, Obertus Guaracus, Ionathas Ceriol, Merlo Guaracus et Ansaldus de Nigro. Iohannes Marracius filius quondam Guiniçonis de Casaleto professus est cepisse s. .x. ianuensium ab Oberto Clerico filio quondam Opiçonis de Casaleto finito precio pro una pecia terre iuris mei que est ad Clavari in Circurrig, cui infra et desuper coheret terra hominum de Serra et de Masena, ab uno latere terra tua et fratris, ab altera Sancti Petri de Clavari, in integrum plenum et vacuum et cetera non impedire ab omni homine deffendere, pena dupli sub stipulacione, pro evictione et cetera. Possessionem dedi. Actum in capitulo, .MCLXIII., .vi. augusti, indictione .xi.

MCCLXVII.

Oberto Clerico dona a Giovanni Marracio l'usufrutto della terra da lui acquistata con l'atto n. MCCLXVI (6 agosto 1164).

Iohannis de Marracio].

* Testes qui supra dieque et loco predicto. Ego Obertus Clericus contemplacione ultime voluntatis dono tibi Iohanni Marracio consanguineo meo usufructum terre quam a te emi ut illum habeas in vita tua post meum discessum, postquam autem de hac vita migraveris tam usufructus quam proprietas revertatur ad nepotes meos filios mares Alde, mee sororis. Actum ut supra.

[*fo. 160 v.*].

MCCLXVIII.

Ingone, banchiere, si obbliga di pagare a Oberto Avundante una somma al 15 maggio 1165 (30 agosto 1164).

Oberti Avundantis].

Testes Enricus Maçale, Petrus Bernardus et Grugnus Guaracus. (Ego) Ingo bancherius deboe lb. vigintiocto denariorum ianuen- sium Oberto Avundanti quas stipulanti tibi sub pena dupli usque medium madii solvere promitto interveniente tunc actoritate Blan- cardi. Unde pro sorte et pena bona mea pignori tibi subicio ut nisi ita adtendero exinde tua actoritate et absque decreto intrare possis in bonis meis que malueris pro sorte et pena et quantum hoc fue- rit tibi accipias et estimari facias ac nomine vendicionis possideas et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xxx. augusti, indictione .xi.

MCCLXIX.

Fulcone e Vassallo Raviol contraggono diverse accomandaciones con Ansaldo Doria, Blancardo, Otone, Ansaldo Balbo, Vassallo Raviol e Fulcone di Pré (7 agosto 1164).

Ansaldi Aurie, Blancardi, Otonis, Ansaldi Balbi, Vassalli Raviolis et Fulconis de Predi].

* Testes Lanfrancus de Reco, Albertun de Custode, Aimericus, Merlo Guaracus et Ansaldus de Nigro. Fulco et Vassallus Raviol, ut professi sunt, portant ad quartam proficiui lb. .LXXX. Ansaldi Aurie et Blancardi, Oionis autem lb. .XXXV $\frac{1}{2}$. Ansaldi vero Balbi lb. .XXV. s. .XIII. d. .III. Fulco etiam de suis lb. .III. $\frac{1}{2}$, Vassallus vero lb.

.xiii. s. .vi. ac dr. .viii., omnes ad quartam proficui, ita quidem quod quarta proficui rerum portitorum debet converti in proficuum predictarum librarum quartam cuius tocius proficui et percacii ipsi portatores habere debent, set remanentia proficui suarum librarum cuique suarum esse debet set inde expensas facere debent per libram. In reditu in domum Ansaldi Revendoris debent omnia adduci in noticia Ansaldi Aurie et Blancardi et Oionis. Hec portant apud Sibiliam et quo maluerint preter in devetum. Actum in capitulo, .MCLXIII., .vii. augusti, indictione .xi.

MCCLXX.

Stabile dichiara a Raimondo di Pollana le somme di proprietà di terzi che ha nella societas stipulata con esso (8 giugno 1164).

Raimundi de Pollana].

Testes Obertus Roça, Bonus Iohannes Brundus et Bonus Vassalus de Primo. Professus est Stabilis de societate sua comuni et Raimundi de Pollana Margonem habere lb. .LXXXIII. s. .viii. mirgorense, Stephanum Rogerium lb. .LV. mirgorense, Raimundum Onfredi bisancios .CLX., Rogerium de Taranto bisancios .xxxx. Actum in capitulo, .MCLXIII., .viii. iunii, indictione .xi.

MCCLXXI.

Giovannello di Bonico e Baldezone di Pasia contraggono una societas (7 agosto 1164).

Iohannelis de Bonico et Baldeconis de Pasia].

Testes Ingo Nocentius, Ugo Sartor, Bonus Iohannes Brundus, Safranus et Lanfrancus Cevolla. Iohannel de Bonico et Baldecon de Pasia (1) invicem professi sunt se contraxisse societatem in quam, ut mutuo professi sunt, Iohannel contulit lb. .cvii. s. .viii. quas professus est de sua societate esse et Ingonis de Volta et filiorum quondam Wulielmi filii sui, Baldecon autem contulit lb. .LIII. s. .xiii $\frac{1}{2}$. Hanc societatem portat laboratum idem Baldecon quo maluerit, in reditu in potestalem Iohannelis vel nuncii eius et capitali diducto, proficuum debent partiri per medium. Actum in capitulo, .MCLXIII., .vii. augusti, indictione .xi.

(1) invicem *in sopravlinea* su mutuo cancellato.

MCCLXXII.

Guglielmo, speziario, si obbliga di pagare alla prossima Pasqua una somma a Stabile (7 agosto 1164).

Stabilis].

* Testes Ansaldonus, Ugo Poçese et Raimundus de Pollana. Ego Wuilielmus speciarius debo tibi Stabili sol. .lxxv. denariorum ianuensium, hos sub pena dupli stipulanti tibi dare promitto usque proximum pasca, bona pignori et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .vii. augusti, indictione .xi.

[fo. 161 r.]

MCCLXXIII.

Giacomo di Emengauso si obbliga di pagare una somma fra un anno a Stabile per merci ricevute (7 agosto 1164).

Stabilis].

* Testes Vassallus Guaina, Simon Bucucius, Obertus Gallus et Wuilielmus Grillus. Ego Iacobus de Emengauso astensis cepi a te Stabili ianuense de rebus tuis tantum, unde tibi debo libras quadraginta ianuinorum quas stipulanti tibi solvere promitto usque proximum annum novum sub pena dupli, pro sorte et pena bona mea habita et habenda pignori tibi subicio, ut nisi ita adtendero, exinde tua actoritate et sine decreto intrare possis in bonis meis pro sorte et pena et quantum hoc fuerit tibi accipias et facias estimari ac nomine vendicionis possideas et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .vii. augusti, indictione .xi.

MCCLXXIV.

Bonifacio Collo contrae con Ingone Puella un prestito marittimo (8 agosto 1164).

Puelle].

Testes Rolandus Suçopel, Gandulfus de Gotiçone, Ogerius Panis et Petrus Turdus. Ego Bonifacius Collus cepi a te Ingone Puella libras quadraginta duas et sol. .iii. pro quibus navi mea sana eunte Tunesim vel Garbum et redeunte in proxima ventura estate, infra mensem post redditum eius solvam tibi vel tuo misso per me vel meum missum libras quinquagintadas et medium, si navis non iverit infra octo dies, hoc cognito, reddam tibi implicitam tuam

que supradicte est quantitatis, penam dupli sub stipulacione, bona pignori ut, nisi sic, exinde tua actoritate et absque decreto et cetera. Profiteor etiam me iuramento teneri observare ut supra. Actum in capitulo, .MCLXIII., .VIII. augusti, indictione .XI. (1).

MCCLXXV.

Burono di Piazza Lunga contrae una accomandacio con Aliadar sorella di Giordano di Michele (9 agosto 1164).

Aliadaris sororis Iordani de Micaele].

* Testes Ogerius scribà, Philippus notarius et Safranus ac Iordanus de Michaele. Professus est Buronus Platee Longe se portare laboratum ad quartam proficui libras quadraginta Aliadaris sororis Iordani de Michaele quocumque ierit, quas libras ut dicit manifestavit se portare ultra societatem filiorum Stralerie, quantum lb. .I. quam super portat sua est et Safrani. Actum prope campanili Sancti Laurentii, .MCLXIII., .VIII. augusti, indictione .XI.

MCCLXXVI.

Ugo Scoto contrae una accomandacio con i figli del fu Guglielmo Della Volta (11 agosto 1164).

Filiorum Wuilielmi de Volta].

Testes Wuilielmus filius Wuilielmi Piperate, Safranus, Fredençon de Volta et Baldeçon de Rodulfo. Professus est Ugo Scotus se portare laboratum Alexandriam libras centum filiorum quondam Wuilielmi de Volta ad quartam proficui, inde si cum rebus Wuilielmi Richerii quas portat iverit Buceam, vel Septam, vel Garbum, aut Yspaniam et cum ipsa similiter pecunia ire debebit, in reditu in potestatem Ingonis de Volta vel eius nuncii reducere debebit capitale et proficuum et tracto capitali de proficuo quartam habere debebit sicut ei convenit Ingo de Volta qui presens interfuit. Actum in capitulo, .MCLXIII., .XI. augusti, indictione .XI.

MCCLXXVII.

Tanto si obbliga di pagare al 24 giugno 1165 una somma a Ingone, banchiere e Alinerio si costituisce fideiussore per Tanto (11 agosto 1164).

(1) L'alto è cancellato colla parola: OGERS.

Ingonis bancherii].

* Testes Martinus de mari, Refutatus iudex, Marchese Castanea et Philippus notarius. Ego Tantus debeo tibi Ingoni bancherio lb. viii. ianuensium quas stipulanti tibi sub pena dupli usque proximum festum beati Iohannis reddere promitto per me vel meum nuncium tibi vel tuo nuncio, bona pignori intrare et cetera. Ego Alinerius de porta tibi prememorato Ingoni me constituo proprium et principalem debitorem debiti supradicti, quod, nisi ut supra solverit, exinde usque .xv. dies solvam, sub pena dupli tibi stipulanti promissa bona pignori et cetera abrenuncians legi qua prior debitor prius secundo convenitur et ne pro eius absencia me valeam excusare. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xi. augusti, inductione undecima.

[*fo. 161 v.*].

MCCLXXVIII.

Corrado Malfigliastro e Martino dichiarano di ricevere da Villano Guaxone i bisanci, che questi teneva in accomandacio da Ugogene di Camogli (11 agosto 1164).

Villani Gauxoni].

* Testes Corsus Serre, Obertus Elie, Plecagninus, Andreas Ugonis de Camogio. Ego Conradus Malfiaster cepi a te Villano Gauxone duas partes de libris vigintinovem et ego Martinus terciam, quas dedisti de bisanciis .XLVIII. minus .III. karatis Alexandrie quos habuisti in commendacione ab Ugone de Camogio, stipulanti tibi sub pena dupli promittimus, quod si inde aliquando convenieris, quod inde te absolvemus et excusabimus ab omni dampno, bona pignori intrare et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xi. augusti, inductione .xi.

MCCLXXIX.

Giordano di Michele si obbliga di pagare a Ogerio Nocenzio una somma nei primi giorni della prossima Quaresima (13 agosto 1164).

Ogerii Nocentii].

* Testes Caputgalli, Rolandus Heremita et Rogeronus de Forti. Ego Iordanus de Michaele debeo tibi Ogerio Nocentio lb. .vi $\frac{1}{2}$. denario rum, quos stipulanti tibi sub pena dupli per me vel meum nuncium tibi vel tuo nuncio dare promitto usque carnis levamen, bona pignori, intrare et cetera et facere estimari et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xiii. augusti, inductione .xi.

MCCLXXX.

Giberto, banchiere, si obbliga di pagare una somma a Guglielmo Guercio (13 agosto 1164).

Wuilielmi Guercii de Ponte].

* Testes Ansaldus de Nigro, Ogerius Panis et Ribaldus Iohannis Scribe. Ego Gibertus bancherius debo tibi Wuilielmo Guercio de Ponte de debito quo tibi tenebar lb. .xxxxii. denariorum ianuen-sium, quas per totum istum consulatum tibi vel tuo nuncio per me vel meum nuncium solvam sub pena dupli tibi stipulanti pro-missa, bona pignori intrare et cetera et absque decreto, ut, nisi sic observavero, et cetera. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xiii. augusti, inductione .xi.

MCCLXXXI.

Guglielmo Guercio, sotto certe condizioni, dona alla figlia Druda ogni suo diritto su una casa in Ponte (13 agosto 1164).

Drude filie Wuilielmi Guercii de Ponte].

* Testes Ogerius Nocentius, Ansaldonus de porta, Wuilielmus Pipe-rata et Bonus Vassallus Bucucius. Ego Wuilielmus Guercius de Ponte dono filie mee Drude omnes raciones et omne ius quod habeo in domu mea de Ponte ut inde quid velit faciat proprietario nomine ab-sque mea contradicione et omnium pro me, ita quod, si eam reti-nuerit, solvat summam expensarum quas pro ea feci a Nicola Se-iungenda, si eam vendiderit, de precio summa illa solvatur et sub hac condicione (1) ut, si absque meo consensu et voluntate se viro copulaverit, hec donacio irritetur. Possessionem ei dedisse pro-fiteor. Alinerius pro ea cepit cui stipulanti sub pena dupli, hanc donacionem firmam et stabilem habere et non retractare promisit et omnia bona sua ei propterea pignori obligavit et cetera. Actum in pontili capituli, .MCLXIII., .xiii. augusti, inductione .xi.

MCCLXXXII.

Prodesmol dichiara che una parte del capitale di una societas ap-partiene a Blancardo e ad Ansaldo Doria (13 agosto 1164).

(1) Cancellato: usque.

Ansaldi Aurie, Blancardi et Prodesemollis].

* Testes Ogerius Nocentius, Wuilielmus Piperata, Bonus Vassalus Bucueius et Obertus Avundantis. Ego Prodesemol porto Alexandriam lb. .ccxii. et s. .xiii. et dnr. .vii. medietas quarum est domini Blancardi quas porto ad quartam proficui convertendam in proficuum alterius medietatis, cuius medietatis due partes sunt domini Ansaldi Aurie et cum eo proficuum illud per medium partiri debo, que omnia predictus Blanardus pro se et domino Ansaldo cuius se nuncium dicebat professus est. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xiii. augusti, indictione .xi.

MCCLXXXIII.

In relazione al doc. MCCLXXXII, Prodesemol dichiara di portare merce e denaro proprio e di terzi (13 agosto 1164).

Eiusdem].

* Eodem loco et eisdem testibus. Ut Blanardus professus est, portat idem Prodesemol lb. .x. et s. .xiii. de suis et culcitram Mirabeti et coscinum pallii Oberti Avundantis pro s. .xxxx. et bisancios .vii. Blancardi pro s. .xxxv.

MCCLXXXIV.

Ogerio scriba e Guglielmo Cito di Sestri Ponente contraggono una societas per affari che il secondo svolgerà in Alessandria (14 agosto 1164).

Ogerii Scribe et Wuilielmi Citi de Sexto].

Testes Ansaldus Mallon, Wuilielmus Mussus, bancher Iohannes, Astulfinus et Grugnus guardatores. Societatem contráixerunt Ogerius Scriba et Wuilielmus Citus de Sexto in quam Ogerius contulit lb. .xvi. et Wuilielmus Citus lb. .viii. Ultra portat Alexandriam idem Wuilielmus lb. .xi. s. .xvii. d. .ii. eiusdem Ogerii que in societatem erunt. Si Alexandriam tot bisancios apposuerit quot ipsorum medietas requisierit et si ad eos bisancios quos apposuerit aliquid supererit, totum erit Ogerii proficuum et capitale, in potestatem Ogerii debebunt quoque reduci. Expensas super his facere non debet nisi in fornimento rerum. Hoc facit licentia Turcli. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xiii. augusti, indictione .xi. Proficuum societatis per medium.

[*fo. 162 r.*].

MCCLXXXV.

. dichiara di portare laboratum ad Alessandria denari
di Guglielmo Musso banchiere, della moglie di questo e di Sor-
leone, banchiere (14 agosto 1164).

Wuilielmi Mussi bancherii et Turcli].

Eodem die et loco et eisdem testibus (1)
* (portare) lb. .CLIII. et d. .xxvi. Wuilielmi Mussi
bancherii et Truchi lb. .CLI. s. .xvi. et medium unciam auri tare-
norum femine Wuilielmi Mussi et lb. .xxii. et s. .xiii. Sorleonis
bancherii. Hec portat Alexandriam laboratum, habiturus inde bi-
sancios .viii. mundos preter expensas necessarias.

MCCLXXXVI.

*Iosseramis De Mari e Giovanni Quartano contraggono una societas
per affari in Alessandria e altrove (15 agosto 1164).*

Iosseramis et Iohannis Quartani].

Testes Lanfrancus Fregabrennu, Wuilielmus Laveço, Andreas ge-
ner Calige Pallii et Ogerius Panis. Societatem contraxerunt Ios-
seramis de mari et Iohannes Quartanus in quam Iosseramis con-
tulit lb. .LIII. et Iohannes lb. .xxvii. cum bisanciis. .v. quos
habere debet de conductu. Portat etiam ultra de suis lb. .xiii.
et s. .xi. que lucrari et expendere debent per libram. Hec portat
Alexandriam et quo sibi melius videbitur causa laborandi. In re-
ditu in potestatem Iosseramis, capitali diducto et proficuo super-
societatis, quod totum erit ipsius Iohannis Quartani, reliquum pro-
ficuum debent per medium dividere. Actum in capitulo, .MCLXIII.,
.xv. augusti, indictione .xi.

MCCLXXXVII.

*Peire Capellano contrae una societas con Enrico Medico e Ribaldo
Mundaia (15 agosto 1164).*

Petri Capellani, Ribaldi Mundaie et Enrici Medici].

Testes Oto Peçullus, Elias Iohannes de Victimilio, Umbertus et
Bonus Iohannes Brundus. Peire Capellanus contraxit societatem (2)

(1) Lacuna prodotta da guasto nel margine superiore del ms.

(2) Cancellato: cum.

Enricus Medicus cum Ribaldo Mundaia, in quam idem Petrus contulit lb. .cxxxi., ipsi duo lb. .lxv. quarum due partes Enrici et tercia est ipsius Ribaldi. Hoc idem Ribaldus Alexandriam portat laboratum inde Ianuam venturus, reducturus omnia in potestatem Petri Capellani vel eius nuncii, capitali diducto, proficuum debent partiri per medium. Postea inter se et Enricum similiter attributa sibi medietas dividetur et in legalitate sua promisit idem Ribaldus non mutare aliud iter quam Egipti set reverti ut supra. Professus est Ribaldus Enricum sibi prestasse s. .xx. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xv. augusti, inductione .xi.

MCCLXXXVIII.

Cancellario, Ansaldo Dita e Filippo Di Castello dichiarano i denari e le merci della loro societas (15 agosto 1164).

Cancellarii, Ansaldi Dita et Philippi de Castro].

Testes Obertus Roça, Ansaldus de Ponte, Obertus Corsus et Albertonus de Custode. Cancellarius, Ansaldus Dita et Philippus de Castro (1) professi sunt invicem de societate quam mutuo habent ipsum Philippum portare lb. .xxxxiii. $\frac{1}{2}$, Iacobum filium Cancellarii habere inde lb. .xi., Ansaldum Ite portare inde lb. .xxxiii. d. .xii. et in domo ipsius Ansaldi remanere inde cantara cimini .xvii. $\frac{1}{2}$, indici de Septa centenaria due et medium. Dicunt etiam Basilium debere sibi de ea societate lb. .vn. $\frac{1}{2}$. Professus est preterea supradictus Philippus quod ex ea societate extraxerit lb. .vii. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xv. augusti, inductione .xi.

MCCLXXXIX.

Oberto Clerico fa il suo testamento (15 agosto 1164).

Testamentum Oberti Clerici].

* Testes Obertus de Insula, Bonus Vassallus Maçalus, Ribaldus Guelfus, Wuilielmus Maça, Picamilius, Galemia, Aimericus, Ansaldus de Nigro et Ogerius Panis. In nomine Domini ego Obertus Clericus ita volo ordinare rebus meis, in primis si Dominus vite mee terminaverit in itinere isto iudico pro anima mea et parentum meorum ecclesie Sancti Petri de Clavari libram unam olei annue in eternum. Vitalis servus meus sit liber et habeat s. .xx. pro ani-

(1) *Cancellato*: contraxerunt societatem.

ma mea de meis bonis. Hoc quod Cavus (1) nepos meus habet secum Buçee iudico eidem Calvo et Wulielmo fratri suo, ecclesie Sancti Petri de Vulturi que est de Vesulla iudico s. .x., qui Ansaldo Malloni dentur de illis quos Calvus habet Buçee, quod Ansaldus habeat s. .xl. de aliis rebus quas defero mecum. Sorori mee Alde iudico centum solidos et Bie sorori mee s. .xl. et Aloisi sorori mee s. .lx. ponti de Polcifera iudico s. .ii., ponti de Bisamne s. .ii., ponti Lavanie s. .v., filie Aloisis nepti mee solidos centum, fratri meo iudico domum meam et terram meam. In primis volo quod uxor mea habeat suas raciones, Sancto Bartholomeo le Basali iudico s. .x., Sancto Andree de Sexto s. .x., Sancto Petro de porta s. .ii., presbitero Alberto de Sancta Margarita de Maraxi s. .xx. per missas cantare. Omnia que supradicta sunt remaneant in ordinacionem ipsius presbiteri et Ansaldi Mallonis. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xv. augusti, indictione .xi.

[*fo. 162 v.*].

MCCXC.

Suplicio contrae un mutuo con Blancardo (16 agosto 1164).

(Blancar)di].

Testes Ogerius.... Aimericus, Lanfrancus de castro et Iordanus Faba. Ego Suplicius accepi mutuo a te Blancardo lb. .vi. $\frac{1}{2}$ denariorum ianuensium quas stipulanti tibi promitto reddere sub pena dupli usque proximas kalendas augusti et si pecunia Victimilii antea rehabebitur inde te paghes. Bona pignori intrare et cetera et facere estimari. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xvi. augusti, in dictione .xi.

MCCXCI.

Blancardo e Suplicio contraggono una societas per affari in oltremare (16 agosto 1164).

Blancardi et Suplicii].

Eodem die et eisdem testibus eodemque loco. Societatem contraixerunt Blancardus et Suplicius in quam Suplicius lb. .xxxx. cum predictis .vi. $\frac{1}{2}$ Blancardus autem lb. .lxxx. Ultra has portat lb .cxl. ipsius Blancardi. Hec omnia portat ultra mare et inde quo maluerit, preterquam in devetum. In reditu in potestatem Blancardi vel eius nuncii singula debebunt reduci, capitali diducto et

(1) *Sic nel ms. per Calvus.*

quarta proficui supersocietatis conversa in proficuum societatis,
post diductionem capitalis proficuum debent parti per medium
Actum in capitulo, .MCLXIII., .xvi. augusti, indictione .xi.

MCCXCII.

*Giordano Molinario e Beldi, coniugi, vendono una casa in Genova
a Guglielmo Vento (16 agosto 1164).*

Wuilielmi Venti].

Testes Ribaldus Seraphie, Solimanus de Salerno, Oger Galiane,
Wuilielmus Modium ferri, Lanfrancus Sporta et Wuilielmus Oberti
de Insula. Nos Iordanus Molinarius et Beldi iugales profitemur ce-
pisce a te Wuilielmo Vento libras quindecim denariorum ianuen-
sium finito precio pro medietate pro indiviso unius domus que
est in ora Sancti Laurentii cui coheret ab anteriori via publica, a
duabus domus quam emisti que fuit filiorum quondam Gandulfi
Rubei, ab altera Nicole Rodulfi, que scilicet medietas est media ta-
bula minus tribus pedibus et medio mortuis, que michi Beldi lau-
data fuit per consules, quam medietatem cum ingressu et exitu suo
et omni suo iure tibi pro supradicto precio vendimus et tradimus
faciendum et cetera. Ego Iordanus vendo ut rem alienam, ambo
autem ut propriam. Defendere promitimus stipulantibus vobis sub
pena dupli sicut valuerit aut fuerit meliorata, quisque pro toto,
ab omni homine preterquam ab herede quondam Gandulfi Rubei,
pro evictione dupli bona pignori cuiusque pro toto ut nisi sic ob-
servaverimus exinde et cetera. Ego Beldi facio hoc consilio et acto-
ritate propinquorum meorum Marchionis Cimemaris et Claudi
Claudi, abrenuncians iuri hypothecarum et senatus consulto Vel-
leiani. Possessionem te habere profitemur. Actum in capitulo, .xvi.
augusti, indictione .xi., .MCLXIII.

MCCXCIII.

*Guglielmo Vento dichiara di aver ricevuto da Giordano Molinario
il lodo dei consoli relativo alla casa sequestrata con il doc. n.
MCCXCII (16 agosto 1164).*

Iordani Molinarii].

* Testes, dies et locus quo supra. Ego Wuilielmus Ventus profi-
teor te Iordanum Molinarium dedisse michi laudem quam consules
Ugo de Baldecone, Obertus Cancellarius, Otobonus, Corsus Sismun-

di fecerunt Beldi tue uxori de medietate domus a Sancto Laurentio quam a vobis precio comperavi.

MCCXCIV.

Guglielmo Vento e Guglielmo visconte, contraggono una societas per affari che il secondo farà ad Alessandria (17 agosto 1164).

[*Wuilielmi Venti et Wuilielmi vicecomitis*].

Testes Angelerius de Camilla, Petrus Ventus, Iordanus Faba et Conradus guardator. Wuilielmus Ventus et Wuilielmus vicecomes contraxerunt societatem in quam ut mutuo professi sunt Wuilielmus Ventus contulit lb. .xxxxiii., Wuilielmus vicecomes lb. .xxi. $\frac{1}{2}$ quam societatem W. vicecomes Alexandriam inde Ianuam in potestatem Wuilielmi Venti vel sui missi ad divisionem, capitali di ducto, proficuum debent partiri per medium. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xvii. augusti, indictione .xi.

MCCXCV.

Oliviero di Camogli e Martino De Mari convengono circa il capitale e il profitto di una accomandacio (17 agosto 1164).

[*Martini de Mari et Oliverii de Camogli*].

* Testes Angelerius de Camilla, Novellon, Marchese Castanea, Lanfrancus Frenguellus et Aimericus cognatus Iohannis scribe. Oliverius de Camoglio vadens Tunesim ad conductum professus est se portare lb. .x. Martini de mari laboratum ad quartam proficui, quod etiam de suis portat s. .xx. quod cum suo incremento et bisancii, quos de conductu habuerit, debent esse sui. Reliquum omne proficuum quod in ipso itinere consequitur debebit ita dividi, quod ipse Oliverius quartam et Martinus habere debet .iii. partes, in cuius manus vel sui missi reduci debebit proficuum et capitale. Iuravit insuper salvare et promuovere et cetera et non infraudare ultra s. .x., sed restituere ut supra. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xvii. augusti, indictione .xi.

[*fo. 163 r.*].

MCCXCVI.

Martino De Mari dona a Villano Gauxono ogni ragione ed azione ad esso spettante su una casa acquistata dal padre e dal fratello di esso Martino (17 agosto 1164).

Villani Gauxoni].

Testes Ansaldo Bussatus, Arna(dus) (1) . . . Nigr. . . . cognatus eius. Ego Martinus de mari dono tibi Villano Ga(uxono) . . . omnes raciones et actiones quas habeo in domo quondam patris tui et fratrii tui Bonifacii per comperam quam . . . inde feci a consulatu placitorum. Que domus est in Susilia iuxta domum Wuilielmi de Sauro. Possessionem te habere profiteor. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xvii. augusti, indictione .xi.

MCCXCVII.

Novellono stipula con Elia una accomandacio per affari in oltremare (19 agosto 1164).

Elie]. . .

* Testes Arnaldus Vacca, Gibertus bancherius, Anfossus Boterius et Balduinus Mortuus siti. Ego Novellonus cepi a te Elia in fustaneis lb. .XXXII. et s. .xvi. quos ultramare portare debet et inde quo maiuerit in redditu in potestatem Elie vel sui nuncii reducere debet et capitali tracto proficuum debet (2) dividere ut quartam habeat idem Novellonus. Actum in capitulo, .MCLXIII., .xviii. augusti, indictione .xi.

MCCXCVIII.

Simone di Villano dichiara di ricevere una somma da Nicola Berfogio lasciatagli in testamento da Burono suo zio (19 agosto 1164).

Nicole Berfogii].

* Testes W. Buronus, Roger de Iusta, Cinus Cascina, Wuilielmus Crusetus, Donumdei Botarus et Botarol. Ego Simon de Villano, ratum habens testamentum vel ultime voluntatis ordinamentum quod Buronus meus barba in Provinciam fecit, confiteor me recepisse libras quinquaginta a te Nicola Berfogio, quas idem Buronus michi iudicavit et ideo iuro ad sancta Dei evangelia quod de ipsa quantitate neque de aliis que de bonis illius Buroni tu vel tui fratres vel alia persona per vos habetis nullam requisitionem amplius faciam nec molestiam movebo adversus vos vel aliquem pro vobis et quod inde nulli alii inde donacionem vel alienacionem aut vendicionem

(1) Lacuna prodotta da guasto nel margine superiore del ms.

(2) Cancellato: per medium.

fecit et quod tempore quo etatis ero infra mensem postquam michi
requisitum fuerit a te vel aliquo tuorum fratrum vel aliqua persona
per eos quod inde tibi cartam faciam in laude tui iudicis nisi sicut
remanserit iusto Dei impedimento vel nostra licentia, quo impedi-
mento transacto vel termino accedenti nichilominus tenebor. Ac-
tum in capitulo, .MCLXIII., .xviii. augusti, indictione .xi.

MCCIC.

*Raimondo Capellano e Rolando di Treblanica contraggono una so-
cietas per affari in Romania e altrove (21 agosto 1164).*

Raimundi Capellani et Rolandi de Treblanica].

* Testes Gàndulfus Bacemus, Ingo Nocentius, Iohannes de Turri et
Wuilielmus Aratrus. Societatem contraxerunt Raimundus Capella-
nus et Rolandus de Treblanica, in qua ipse Raimundus contulit lb.
.CL. et predictus Rolandus lb. .LXXV. Ultra portat idem Rolandus
lb. .LXXV. de sua societate et Wuilielmi Arati quas portat ad quar-
tam proficui convertendam in proficuum predicte societatis. Hec
portat Romaniam laboratum et quo maluerit, in reditu in potesta-
tem Raimundi vel sui missi, capitali itaque societatis diducto, pro-
ficuum debent per medium dividere. Actum in capitulo, .MCLXIII.,
.xxi. augusti, indictione .xi.

MCCC.

*Guglielmo Negro e Alessandria, coniugi, vendono a Guglielmo Gal-
leta una casa in Genova (21 agosto 1164).*

Wuilielmi Galleta].

Testes Enricus Maçal, Ribaldus Boledus, Amicus de Cuniçone,
Nicola de Cuniçone, Oliverius Septemvoces et Bonus Vassallus Gal-
leta. Nos Wuilielmus Niger et Alexandria iugales profitemur cepisse
a te Wuilielmo Galleta lb. .CCLV. denariorum ianuensium finito pre-
cio pro domu iuris nostri quam habere visi sumus in carrubio, que
fuit quondam Mirabotti Visiolis et fratrum eius, cui coheret a dua-
bus partibus via publica, ab altera domus Sancti Iohannis de Pava-
rano, a quarta tresenda communis ipsi domui et domui filiorum
quondam Ogerii Venti, quam domum cum ingressu et exitu suo et
omni suo iure tibi pro supradicto precio vendimus et tradimus, fa-
ciendum inde et cetera non impedire, ab omni homine deffendere
stipulanti tibi sub pena dupli promittimus sicut valuerit et cetera

pro evictione bona pignori et cetera. Possessionem dedimus. Ego Alexandria facio hoc consilio fratris mei Enrici Maçalis et Fredericonis filii miei, abrenuncians iuri hypothecarum et senatus consulto Velleiani. Actum in eadem domu, .MCLXIII., .xxi. augusti, indictione .xi.

[*fo. 163 v.*].

MCCCII.

Guglielmo Galleta e Adalasia, coniugi, si riconoscono debitiori verso Guglielmo Negro e Alessandria coniugi di una somma (21 agosto 1164).

.] (1).

. et testibus supradictis. Nos Wuilielmus Galleta et Adalasia iugales debemus tibi Wuilielmo Nigro et Alexandria iugalibus lb. .ccv. quos stipulantibus vobis sub pena dupli dare promittimus per nos vel nuncium nostrum vobis vel vestro misso a proximo festo beati Michaelis usque aliud festum beati Michaelis medietatem in pipere et braçili vel çucarino et denariis terciatim et alteram medietatem in bombice et coramine sicut tunc temporis fuerint appre ciata, bona pignori, intrare et cetera. Ego Adalasia facio hoc consilio Amici de Cuniçone et Oliverii de Cuniçone, abrenuncians iuri hypothecarum et senatus consulto Velleiani. Actum in eadem domu, .MCLXIII., indictione .xi.

MCCCII.

Otone di Caffaro si obbliga di pagare al prossimo Natale a Giuseppe, ebreo, una somma per merce ricevuta colla fideiussione di Ribaldo Serafia (21 luglio 1164).

Iusephi Iudei].

[8] . . . s. .viii. . . . de Petania . . . nepos Agni secundo kalendas novembres laudaverunt consules in capitulo omnes preter (E.). Aurie in persona et rebus (d)uplum.

[9] Omnes in capitulo laudaverunt quod nullus venturorum de cetero consulatum destruat vel diruat castrum Cucurni vel turres illius castri neque murum nisi domini de Cucurno fecerint illam felloniam adversus commune Ianue pro qua commune Ianue illud possit cum ratione destruere hoc idem quia, cum homines Lavanie sibi vellent unire ad ea que ad pacem et concordiam ac honorem communis Ianue spectabant et illarum parcium aliis nonnullis resistantibus, hos solos comuni invenerunt fideles quod secundum quod ipsi consules voluerunt eis iuraverunt, .MCLVI., .ii. kalendrum ianuarii.

[10] Ibidem preter Buronem laudaverunt bene habeat mediatem posse quod fuit . . . sine contradictione.

Hoc pro vindicta quia frater eius Rufinus noluit eorum voluntati parere quod iste fecit.

[11] Bonus Infans de Auripalacio et Blancus iuramento ediderunt se duorum solidorum habuisse dampnum in feno Vecellini.

[12] W. Ventus summa .xxxiii. lb. que Nicola cras iurabit.

[13] Filii Ionathe ubi b. . . . filii Ribaaldi filii Petri Gosii (1).

V.

FRAMMENTI DEL CARTOLARE DEL NOTAIO LANFRANCO (1180).

[*fo. 175^a r.*].

1. *Frammento di un atto* (1180).

. . . . Rubaldus de Vinea Meçana, Alegrus Fornar, Bonus Seignor de Emareça, Guido eius frater et Beginus de Berta Grasa et Amicus avocatus.

2. *Bernardo di San Giorgio riconosce a Girardo Furioso i diritti che la sorella di questo ha in Sestri* (6 marzo 1180).

Ego Bernardus Sancti Georgii volo et concedo ut Aidelina soror tua, Girarde Foriose, habeat de cetero sine omni mea et heredis mei et omnium pro me contradictione quicquid Elena uxor mea quondam habuit in Segestrio et quidquid iuris vel racionis habeo in hoc respuo. Actum Ianue in domo Welmi Lonci, .mclxxx., indicione .xii., sesto die intrantis marcii. Testes Iohannes de Clavari, Oliverius Peiascus et Rofinus guardator.

3. *Poncio Raniero si obbliga al pagamento di una somma verso Musso per merce ricevuta* (15 marzo 1180).

Testes Fabianus Blancus, Marchio Rubeus et Citerius et Oto Valdetarius. Ego Puncius Ranerius de mari confiteor me accepisse a te Muso filio Lanfranci Piaelli Emanensis .ii. ballas fustaneorum pro quibus promitto tibi vel tuo vel certo misso pro me vel meum nuntium solvere usque ad octavam proximam resurrectionis lb. dena-

(1) Il *fo. 174 v.* è in bianco.

riorum ianuensium .xxx. alioquin penam dupli in rebus meis quibus malueris tibi stipulanti promito et inde omnia mea tibi pignori obligo et cetera. Actum Ianue, in statione Oglerii Venti, millesimo .CLXXX., indicione .xii., .xv. die marci.

4. *Baldo di Quinto contrae una societas con Bonovassallo Munzasilvano* (15 marzo 1180).

Ego Baldus de Quinto gener Enrici de Quinto confiteor me accepisse in societate a te Bonovassallo Munzasilvanum lb. denariorum ianuensium .x. contra quas mito lb. .v. Hanc societatem porto in Sardineam causa mercandi et inde nullo alio itinere mutato Ianuam debeo venire et capitale et lucrum integre in tua vel tui certi misi potestate mittere et extracto nostro capitali lucrum per medium debemus dividere. Actum Ianue in domo Bonifacii de Volta, eo die. Testes Rogerius de Maço, Nicola de Agacio, Ugo Malcavalca, Gibertus de Castello.

[*fo. 175 v.*].

5. *Giusiana, figlia di Oberto, vende una terra in Sori ad Ansaldo, figlio di Giovanni Petentario* (15 marzo 1180).

Ego Iusiana filia Oberti Viventi Rubei confiteor me accepisse a te Ansaldo filio Iohannis Petentarii de Sori s. denariorum ianuensium .x. finito precio de toto hoc integre quod habere visa sum in Sori in loco quod dicitur Amigavei in locum Iohannis Petentarii secum indivise quidquid ego habeo et per me invenire poteris in predicto loco. Isto precio tibi vendo, trado et si plus valet dono, tibi concedo et cetera, possessionem et dominium tibi dedise confiteor. Actum Ianue in domo Bonifacii de Volta, eo die. Testes Alberto-nus de Sori, Iohannes de Veçani, Lanfrancus de Sancta Maria de vineis et Vassallus de Reco.

6. *Sifredo ed Ermelina, coniugi, ricevono da Arango de Mari ed Alberto Clerico una somma in prestito coll'obbligo di mantenere Geonardino, pupillo di essi* (15 marzo 1180).

Nos Sifredus et Hermelina iugales confitemur nos olim recepisse a vobis presenti Arango de Mari et Alberto Clerico lb. denariorum ianuensium triginta et modo accepimus lb. .xx. que omnes sunt minorum quondam Bernardi Fedaçarii quorum minorum estis tu-

tores. Pro istis lb. .l. predictis promitimus vobis quod tenebimus nobiscum Leonardinum filium olim predicti Bernardi dando sibi victum et vestitum convenientem dum predictas lb. tenebimus et hoc faciemus dum vobis videbitur. Cum vero predictas lb. .l. volueritis recuperare eas vobis vel vestro certo miso integre redemus ad unum mensem postquam nobis quesite a vobis vel vestro certo nuntio fuerint, alioquin penam dupli in rebus nostris quibus malueritis vobis stipulantibus promitib (1) et inde omnia nostra vobis pignori obligamus et cetera et uterque in solidum et cetera et de is .xl. lb. confitemur nos teneri vobis solvere sicut de .xxx. in alia carta. Hunc contentum fecit Hermelina consilio Ugonis Cigale et Guidonis Botarii suorum parentum renuens legem Iuliam (2) et cetera. Actum Ianue in domo Bonifacii de Volta, .MCLXXX., indicione .xii., .xv. die marci. Testes predicti consiliatores et Lanfrancus Guercius de porta et Maritius Rapallii.

7. *Eginardo di Marassi stipula una societas con Giovanni Pelosella di Bisagno e Guglielmo « magister de antelamo » (17 marzo 1180).*

Egirardus de Maraxia confiteor me accepisse a vobis Iohanne Peloxella de Bisagno et Welmo magistro antelami in societate lb. denariorum ianuensium .vii. comuniter contra quas mito lb. .m $\frac{1}{2}$. hanc societatem porto in Sardiniam ad Calarim et inde nullo alio itinere mutato Ianuam debeo venire et capitale et lucrum integre in vestra vel vestri certi missi potestate mittere et extracto nostro capitali lucrum per medium debemus dividere. Actum Ianue in domo Gati, .MCLXXX., indicione .xii., .xvii. die marci. Testes.

[*fo. 175^b r.*].

8. *Oberto Rovedo figlio di Vassallo Rovedo contrae una societas con Pietro Clerico (.).*

Testes Martinus macellator, Bombellus de mercato, Corsus de Calignano et Iohannes (ele)ricus. Ego Obertus Rovedus filius Vassalli Rovedi de Porta confiteor me accepisse in societatem a te Pe-

(1) *Sic nel ms.*

(2) *Nel ms. lelegem.*

tro Clerico de Foro lb. denariorum ianuensium .vii., contra quas mito lb. .m. $\frac{1}{2}$. Hanc societatem porto Buçee causa mercandi et inde quo melius mihi videbitur ad utilitatem huius societatis et cetera.

9. *Morizio di Enrico Trecherio stipula una accomandacio con Guglielmo Ferrari e Bernardo di Otone Pezollo (3 aprile 1180).*

Ego Moricius Enrici Trecherii confiteor me accepisse in accomendacione a vobis Wuilielmo filio Lanfranci Ferraria et Bernardo Otonis Peçolli lb. denariorum ianuensium quattuor scilicet duas ab utroque. Hanc accomendacionem porto Buçeam et inde quo melius mihi videbitur ad utilitatem huius accomendacionis, in reditu vero quem Ianue fecero capitale et lucrum quod in ista accomendacione fuerit, in vestra vel vestri certi missi potestate mittam et extracto vestro capitali quartum lucri habere debeo. Testes Angoinus Vassallus de Castello et Iohannes de Castello. Actum Ianue in domo Bonifacii de Volta, millesimo .clxxx., indizione .xii., .iii. die intrantis aprilis.

10. *Nicola Gilioto si obbliga colla fideiussione di Giacomo Gafario di dare ad Amicone Dataro un torsello di justagno (3 aprile 1180).*

Ego Nicolaus Gilioti confiteor me accepisse a te Amicone Dataro tantum de tuis rebus unde promitto tibi vel tuo certo misso per me vel meum nuntium solvere usque ad kalendas agusti proximi unum torsellum fustaneorum bene venalium Placentie de peciis .lxvi. quarum .xx. debent esse vermilie et quattuor virides ialne et alie brunete. Alioquin penam dupli in rebus meis quibus malueris tibi stipulanti promitto et inde omnia mea tibi pignori obligo et cetera. Actum Ianue in domo Bonifacii de Volta, eo die.

Et ego Iacobus Gafarius, si Nicolaus predictus tibi Amicono non compleverit ut supra, legitime constituo me tibi proprium debitorem et pagatorem predicti debiti aliter renuo illam legem qua principalis debtor prius conveniendus, alioquin obligo me tibi cum omni (1) auctoritatibus in principali debitore prescriptis. Testes Guascus de Volta, Merlus de Castello et Ardericus Pancinus.

(1) *Sic nel ms.*

[*fo. 175^b v.*].

11. *Giovanni da Recco e Oberto Longo contraggono una societas* (3 aprile 1180).

Debita].

Testes Bertraminus Oglerii Venti, Corsus de Calignano, Vivaldus (guarda)tor, Welmus guardator. Ego Iohannes de Reco confiteor me accepisse a te Oberto Longo macellatori in societate lb. denario-rum ianuensium .v. contra quas mito s. [ii. $\frac{1}{3}$], hanc societatem portare Buçeam et inde quo melius mihi videbitur ad utilitatem huius societatis, in redditu vero, quem Ianuam fecero, capitale et lu-crum integre quod in hac societate fuerit, in tua vel tui certi misi potestate mitam et, extracto vestro capitali, lucrum per medium debemus dividere. Actum Ianue ubi superior, eo die.

12. *Ribaldo di Albaro e Guglielmo contraggono una accomandacio per affari a Bugia e altrove* (3 aprile 1180).

Testes Bertraminus Oglerii Venti, Iohannes de Clavari, Alamanus de Reco frater Amiconi. Ego Ribaldus de Albario confiteor me accepisse in accomendatione a te Welmo guardatore lb. denariorum ianuensium xi $\frac{1}{2}$., quam accomendationem porto Buçeam causa mercandi et inde quo melius mihi videbitur ad utilitatem huius accomendationis, in redditu vero, quem Ianuam fecero, capitale et lu-crum integre quod in hac accomendatione fuerit in tua vel tui cer-ti misi potestate mitam. Actum ubi superior.

13. *Giovanni Tarasco stipula una accomandacio con Rogero de Staiano* (3 aprile 1180).

Ego Iohannes Tarascus confiteor quod filius meus Welmus portavit de tuo, Rogeri de Staiano, mea voluntate et iusu in Provin-ciam lb. denariorum ianuensium xi. et s. .iii. et dr. .vii. quos mihi dimitis ad laborandum per mare et teram ut melius mihi videbitur dum veneris de Buçea qua vadis, in Ianuam. Ab alia parte dimi-tis mihi in accomendatione xviii $\frac{1}{2}$. (1) cantara et rotulos .iii. alu-minis de Castelia que debo vendere si potero et custodire salve in terra dum veneris et extracto vero de predictis lb. .xi. et s. .iii. et

(1) xviii $\frac{1}{2}$, in soprallinea su .xx. cancellato.

dr. .vii. et de alumine de super totum lb. .x. de capitali quod est proprie tuum undenam partem minus quartam totius superflui habere debeo et ad aeventum navium que nunc vadunt Buçeam in tua vel tui certi missi potestate mittam cum lucro et capitali quod ibi fuerit sub pena dupli et cetera et tu aliud. Et ego Rogerius confiteor ita se verum totum ut predictum est. Actum Ianue, ubi superior, eo die. Testes Placentinus de Vineis, Bevini macellator et Daniel de Albario.

14. *Rogerio di Staiano stipula una accomandacio con Giovanni Tarasco (3 aprile 1180).*

Ego Rogerius de Staiano confiteor me accepisse in accomendacione a te Iohanne Tarasco in accomendacione lb. .x. quas portare Buçeam et inde quo melius michi videbitur ad utilitatem huius accomendacionis in reditu quem Ianuam fecero capitale et lucrum quod in ista accomendacione fuerit in tua vel tui certi missi potestate mittam et extracto tuo capitali quartum lucri habere debeo. Actum ubi superior, eo die et hisdem testibus. Per libram debent traere et lucrari per libram cum aliis rebus quas porto.

VI.

FRAMMENTO DI CARTOLARE DI NOTAIO IGNOTO (1214).

[*fo. 176^a r.*].

MCCXIII. Indictione prima.

1. *Bonovassallo di Mauro contrae una accomendacio con Oliviero Peltro (6 giugno 1214).*

Oliverii Peltri]

Ego Bonus Vassallus de Mauro confiteor accepisse in accomendacione a te Oliverio Peltro lb. .xxxii. et dimidium implicatas in telis et communiter cum aliis rebus quas porto, quas, Deo propitio, apud Buçeam causa mercandi portare debeo et inde quo michi Deus administraverit causa mercandi, habens potestatem mittendi tibi ex hiis quam partem voluero cum testibus et faciendi sicut ex aliis rebus quas porto cum quibus communiter expendere debent et lucrari per libram, in reditu Ianue capitale et proficuum quod in dicta accomendacione lucrari potero in tua seu tui certi missi potestate ponere et consignare promitto et deducto capitali quartum lucri ha-

bere debo, promittens tibi quod nulli comiti vel militi mutuo non dabo nec alicui cursali nisi homini mercatori cum bono pignore alioquin penam dupli tibi stipulanti promitto pro pena vero et sorte omnia bona mea habita et habenda tibi pignori obligo. Actum Ianue sub porticu domus Nicolosi de Aldone, die .vi. iunii post terciam. Testes Nicolosus de Aldone, Lanfrancus Gallus de Mascalonna.

2. *Gandolfo figlio del fu Isembardo di Nervi stipula una accomandacio con Oberto banchiere* (7 giugno 1214).

Oberti bancherii].

Ego Gandulfus filius quondam Isembardi de Nervi confiteor accepisse in accomendatione a te Oberto bancherio lb. .xl. denariorum ianuensium implicatas communiter cum aliis rebus quas porto, cum quibus habeo de meis et implicate sunt lb. .clxxx. quas apud Buçeam, in nave Sancti Spiritus, causa mercandi portare debo et inde quo mihi melius videbitur causa mercandi, habens potestatem mittendi tibi ex his quam partem voluero cum testibus et faciendi sicut ex aliis rebus quas porto cum quibus communiter expendere debent et lucrari per libram. In reditu Ianue capitale et totum proficuum quod in dicta accomendatione aliquo modo lucrari potero in tua seu tui certi missi potestate ponere et consignare promitto et deducto capitale quartum lucri habere debo, alioquin penam dupli tibi stipulanti promitto pro pena vero et sorte omnia bona mea habita et habenda tibi pignori obligo. Actum Ianue in banco predicti Oberti, die .vii. iunii post terciam. Testes Iacobus Amici de Sancto Donato, Simon Embronius de Sancto Donato.

3. *Balduino di Quarto stipula una accomandacio con Oberto banchiere* (7 giugno 1214).

Oberti bancherii].

Ego Balduinus de Quarto confiteor accepisse in accomendacione a te Oberto bancherio libras sexaginta denariorum ianuensium implicatas communiter cum aliis rebus quas porto, de quibus sunt ut confiteris lb. .x. Bonaventure de Sancto Laurentio quas, Deo propitio, apud Buçeam causa mercandi portare debo et inde quo mihi melius videbitur causa mercandi habens potestatem mittendi tibi ex his quam partem voluero cum testibus et faciendi sicut ex aliis rebus quas porto cum quibus communiter expendere debent et lucrari per libram, in reditu vero Ianue capitale et proficuum quod

in dicta accomdacione lucrari potero aliquo modo, in tua seu
tui certi missi potestate ponere et consignare promitto et deducto
capitali quartum lucri habere debo, alioquin penam dupli tibi sti-
pulanti promitto, pro pena vero et sorte omnia bona mea habita et
habenda tibi pignori oblico. Actum in banco predicti Oberti, die
.vii. iunii post terciam. Testes Iacobus Amici de Sancto Donato, Pe-
trus filiator.

[fo. 176^a v.]

MCCXIII. Indicione prima.

4. *Giovanni Barbieri si obbliga di pagare a Guglielmo di Dataro
una somma al 1 luglio 1214 per pegno di pelli ricevute (7 giu-
gno 1214).*

Wuilielmi de Dataro].

Ego Iohannes Barberius confiteor accepisse a te Wuilielmo de Da-
taro tantas agnillinias abrenuncians exceptioni non accepte rei
unde promitto tibi seu tuo misso per me, vel meum missum dare
et solvere usque ad kalendas iulii proximas libras septem denario-
rum ianuensium. Alioquin penam dupli tibi stipulanti promitto,
pro pena vero et sorte omnia bona mea habita et habenda tibi pi-
gnori oblico, tali pacto quod pena commissa liceat tibi tua auctorita-
tate et sine consulim decreto intrare bona mea que malueris et du-
plum tibi facere extimari extimatunque venditionis nomine tene-
re et possidere sine omni mea omniumque pro me contradictione.
Actum Ianue in stacione Thome Venti, die .vii. iunii post terciam.
Testes presbiter Wuilielmus de Sancto Georgeo, Iacobus Tinctor.

5. *Alberto di Sanazio figlio del fu Giovanni di Brosono si obbliga
di consegnare mezzo barile d'olio a Guglielmo di Chiavari (7
giugno 1214).*

Wuilielmi de Clavari].

Ego Albertus de Sanazio filius quondam Iohannis de Brosono
confiteor accepisse a te Wuilielmo de Clavari tantum de rebus tuis,
abrenuncio exceptioni non accepte rei unde promitto tibi seu tuo
misso per me vel meum missum dare et solvere usque ad festum
natalis Domini proximum medium barrilem olei boni et belli in ri-
pa Ianue omni magagna in ipso oleo remota, alioquin penam dupli
tibi stipulanti promitto pro pena vero et sorte omnia bona mea ha-
bita et habenda tibi pignori oblico, eo videlicet pacto quod pena
comissa liceat tibi tua auctoritate et sine consulim decreto intrare

bona mea que malueris et duplum tibi facere extimari extimatunque venditionis nomine tenere et possidere sine omni mea omniumque pro me contradictione. Iuro insuper tactis Evangelii ut supra legitur attendere et observare et nullo modo contravenire. Actum Ianue in stacione Thome Venti, die .vii. iunii post terciam. Testes Martinus de Petra, Montanarius pensator.

6. *Guglielmo fratello di Balduino di Quarto stipula una accomendatio con Oberto banchiere (7 giugno 1214).*

Oberti bancherii].

Ego Wuilielmus frater Balduini de Quarto confiteor accepisse in accomendatione a te Oberto bancherio libras viginti ianuensium implicatas comuniter cum aliis rebus quas porto, quas Deo propitio apud Buçeam causa mercandi portare debo et inde quo melius mihi videbitur causa mercandi habens potestatem mittendi tibi ex his quam partem voluero cum testibus et faciendi sicut ex aliis rebus quas porto cum quibus comuniter expendere debent et lucrari per libram. In reditu vero Ianue capitale et totum proficuum quod in dicta accomendacione lucrari potero in tua seu tui missi potestate ponere et consignare promitto et deducto capitali quartum lucri habere debo. Alioquin penam dupli tibi stipulanti promitto, pro pena vero et sorte omnia bona mea habita et habenda tibi pignori obligo. Alioquin penam dupli tibi stipulanti promitto, pro pena vero et sorte omnia bona mea habita et habenda tibi pignori obligo (1). Actum Ianue in banco predicti Oberti, die .vn. iunii post terciam. Testes Balduinus de Quarto, Iacobus Amici de Sancto Donato, Gandulfus de Nervi.

[fo. 176^b r.]

MCCXIII, indictione prima.

7. *Frammento di una carta di accomendacio (23 settembre 1214).*

. . . et faciendi sicut ex aliis rebus quas porto cum quibus communiter expendere debent et lucrari per libram. In reditu Ianue capitale et proficuum quod in dicta accomendacione lucrari potero in tua seu tui missi potestate ponere et consignare promitto et deducto capitali quartum lucri habere debo, alioquin penam dupli tibi stipulanti promitto, pro pena vero et sorte omnia bona mea habita et

(1) Così ripetuto nel ms.

habenda tibi pignori oblico. Actum Ianue in stacione Thome Venti, die .xxiii. septembris post terciam. Testes Iohannes Astorius, Iohannes Placentinus.

8. *Enrico di Bulgardo stipula una accomendacio con Oberto Maceraldoo* (23 settembre 1214).

Oberti Maceraldis].

Ego Enricus de Bulgardo confiteor accepisse in accomendatione a te Oberto Maceraldoo lb. .vi. iānuensium scilicet lb. .iii. s. .xvi. implicatas in duabus capsis et sol. .xxiiii. in denariis quas ultra mare in nave Sancti Iacobi causa mercandi portare debo et inde quo mihi melius videbitur causā mercandi habens potestatem mittendi tibi ex his quam partem voluero cum testibus et faciendi sicut ex aliis rebus quas porto cum quibus comuniter expendere debent et lucrari per libram, in reditu Ianue capitale et proficuum quod in dicta accomendatione lucrari potero in tua seu tui missi potestate ponere et consignare promitto et deducto capitali medietatem lucri habere debo, alioquin penam tibi stipulanti promitto. Pro pena vero et sorte omnia bona mea habita et habenda tibi pignori oblico. Actum Ianue in stacione Thome Venti, die .xxiii. septembris post nonam. Testes Iacobus de Sancto Laurentio, Obertus Pedicula.

9. *Marinno di San Donato stipula una accomandatio con Oberto Maceraldoo* (23 settembre 1214).

Oberti Maceraldii].

Ego Marinus de Sancto Donato confiteor accepisse in accomendatione a te Oberto Maceraldoo lb. .v. denariorum iānuensium de quibus recepi in denariis s. .xv. et reliquos sunt implicatos in duabus capsis quas ultra mare in nave Sancti Iacobi portare debo causa mercandi et inde quo mihi melius videbitur causa mercandi habens potestatem mittendi tibi ex hiis quam partem voluero cum testibus et faciendi sicut ex aliis rebus quas porto cum quibus comuniter expendere debent et lucrari per libram. In reditu Ianue capitale et proficuum quod in dicta accomendatione lucrari potero in tua seu tui missi potestate ponere et consignare promitto et deducto capitali quartum lucri habere debo, alioquin penam dupli tibi stipulanti promitto pro pena vero et sorte omnia bona mea habita et habenda tibi pignori oblico. Actum Ianue in stacione Thome Venti, die .xxiii. septembris post [fo. 176^b v.] nonam. Testes Enricus de Bulgardo, Obertus de Oliva.

[*fo. 176^b r.*].

10. *Guglielmo Ferrario stipula una accomandacio con Marinna, moglie di Giovanni di Pontremoli* (23 settembre 1214).

Marinne].

Ego Wuilielmus Ferrarius confiteor accepisse in accomendatione a te Marinna uxore Iohannis de Pontremulo lb. .xiii. denariorum ianuensium et que sunt ut confiteris dicti viri tui implicatas in auro quas ultra mare causa negotiandi portare debeo et inde quo mihi melius videbitur causa mercandi habens potestatem mittendi tibi ex his quam partem voluero cum testibus et faciendi sicut ex aliis rebus quas porto cum quibus communiter expendere debent et lucrari per libram, in reditu Ianue capitale et proficuum quod in dicta accomendatione lucrari potero in tua seu tui viri tui vel misi tui potestatem ponere et consignare promitto et deducto capitali quartum lucri habere debeo, alioquin penam dupli tibi stipulanti promitto pro pena vero et sorte omnia bona mea habita et habenda tibi pignori obligo. Actum Ianue in domo dicte Marinne, die .xxiiii. septembris pulsante ad vesperas. Testes Paganus Botarius, Ido macellarius.

Hic mutata est indictio que prima currebat scilicet in vicesima quarta die septembris, que indicio secunda erit et curret usque ad diem dictam futuram predicti mensis.

11. *Vulmana, figlia di Odone, rinuncia ad ogni diritto a titolo di dote e di antefactum verso il marito Lanfranco Berro Bianco* (. . . . 1214).

Lanfranci Berri Blanci].

* Ego Vulmāna filia quondam Odonis de porticu, facio tibi Lanfranco Berro Blanco viro meo finem et refutationem et omnimodam remissionem et pactum de non petendo de omni iure actione et ratione scilicet utili et directo reali et personali que vel quam habeo contra te occasionem dotum et antefacti mei et contra bona tua et que dotes erant lb. .xxviii. sicut continetur in carta facta per manum Raimundi notarii quam casso et evaquo et nullius momenti esse iubeo et hoc facio tibi pro lb. .x. quas a te accepisse confiteor et de quibus me quietam et solutam voco abrenuncians excep-

tioni non numerate peccunie promittens tibi quod de predictis omnibus tam dotis quam antefacti de cetero nullam actionem vel requisitionem adversus te vel tuos heredes pro me nec aliquam personam pro me faciam vel fieri faciam et quando divertium inter me et te factum fuerit promitto tibi facere instrumentum simile finis et refutationis quod est istud et meliore si oportuerit, si vero contra fecero penam dupli (1) de tanto quanto dotes erant tibi stipulantib[us] promitto pro pena vero et ad sic observandum omnia bona mea habita et habenda tibi pignori obligo abrenuncians iuri hypothecarum senatui consulto Velleiano et legi Iulie et omni auxilio legis et capituli faciens hec tibi voluntate tua et consilio presbiteris Iohannis de Sivelico et Otonis fratris eius propinquorum meorum. Insuper iuro ad Sancti Dei evangelia predicta omnia attendere et observare.

VII.

FRAMMENTO DEL CARTOLARE DI NOTAIO IGNOTO (1226).

[*fo. 177^a r.*] (2).

1. *Frammento di un contratto di costruzione di una nave* (13 settembre 1226).

[1] modulo secundum voluntatem vestram ponere nostris expensis levare ancoras suas et ormeçare eam bene salvare illam et quicquid ex ea exierit bona fide (et nullo modo contra facerimus penam librarum .xx. vobis stipulantibus (promittimus) omnibus nostris obligatis in solidum et cetera (abrenuncians) nove constitutioni et epistule divi Adriani et cetera. Que omnia vobis facimus pro lb. .viii. minus s. .v. quas perinde nobis dare debetis et nos predicti promittimus vobis dictos denarios solvere silicet terciam partem ad presens et aliam terciam in medietate operis et aliam terciam in fine operis. Sub pena dupli omnibus meis obligatis in solidum et cetera abrenuncians nove constitutioni et epistule divi Adriani et cetera. Testes Ursus scriba et Iohannis de Vultabio. Actum Ianue in mercato iuxta fundicum Pedicularum .xiii. die septembbris circa vesperas.

(1) *Nel ms. penam dupli è ripetuto.*

(2) *Su due colonne [1] e [2].*

2. *Ogerio Pedicula affitta una terra per tre anni a Grimaldo di Siglano (. . . . 1226).*

* Ego Ogerius Pedicula Maior a nativitate Domini proxima usque ad annos tres loco tibi (Gri)maldo de Siglano terram meam quam habeo (in Si)glano loco ubi dicitur Campum Planum faciendum inde amodo quicquid volueris iure locationis usque ad dictum terminum sine omni mea heredum mieorum omniumque pro me contradictione ab omni quoque homine tibi et tuis heredibus per me meosque heredes usque ad dictum terminum semper legitime defendere et non impedire promitto sub pena s. .c. rato manente pacto, omnibus meis obligatis et cetera. Et ego Grimaldus promitto tibi dictam terram usque ad dictum terminum tenere, colere, meliorare et non peiorare et nullam arborem neque ramum ad dampnum incidere et s. .xxx. ianuensium promitto annuatim ad nativitatem Domini tibi vel tuo certo missu dare sub pena s. .c. tunc a iure locationis usurus et inde omnia bona mea habita et habenda tibi pignori obligo et cetera. Testes Iacobus Petri Russi, Marinus Calegarius et Iohannes Barberius. Actum Ianue in mercato iuxta fundicum Pedicularum

3. *Giovanni Fornari stipula un mutuo con Alda moglie di Guglielmo Macia (15 settembre 1226).*

[2] Ego Iohannes Furnarius confiteor me accepisse a te Alda uxore Wulielmi Macie s. quadraginta ianuensium mutuo gratis abrenuncians exceptioni et cetera quos usque ad nativitatem Domini proximam per me vel meum missum tibi vel tuo certo missu dare et reddere promitto sub pena dupli omnibus meis obligatis et cetera. Testes Obertus de Portu Delfinto et Girardus Sbarraius. Actum Ianue in ospicio dicte Alde, .xv. die septembbris intra terciam et nonam.

4. *Accorso Rasora si obbliga di pagare a Stefano di Pariali, entro tre anni, il residuo della dote della sorella, moglie di Vivaldo figlio del detto Stefano colla pignorazione di una terra (. . . . 1226).*

Ego Acurus Rasora confiteor me debere tibi Stephano de Pariali lb. .xiii. ianuensium que remanent ad solvendum tibi de dotibus Alloxyie sororis mee spose et uxorius Vivaldi filii cuius usque ad annos tres per me vel meum missum tibi vel tuo certo missu dare promitto silicet terciam singulo anno usque ad perfectam solucio-

nem unde do tibi in pignore peciam unam terre mee que est in plebatu Langaschi loco ubi dicitur Ca nova, cui coheret a duabus partibus terra quondam Wuilielmi Rasore, inferius fossatus, superius terra quondam Jacobi Rasore. Quam terram volo esse tuam si dictum debitum ad dictum terminum tibi non erit solutum et inde facias quicquid volueris iure proprietario sine omni mea heredum meorum omniumque per me contradicione et quam promitto tibi ab omni homine semper legitime defendere et non impedire. Si vero de predictis contra fecero penam dupli tibi stipulanti spondeo omnibus meis obligatis et cetera. Et nos Giulia uxor quondam Otonis Rasorie et Balduinus Rasore facimus tibi predicto Stephano finem et refutationem de omni iure et ratione quod et quam habemus et habere possemus in predicta terra promittens tibi quod nullam requisitionem vel molestiam tibi de predicta terra (fa)ciemus vel occasione ipsius per nos vel (aliquam) personam si de predicto debito ad. . . . non solutus sub pena du(pli) [fo. 177^a v.] (1). [1] et epistole divi Adriani et cetera et specialiter ego Giulia abrenuncians consultum Velleanum et cetera et facio hoc consilio Wuilielmi Bastardi et Iohannis Frantini propinquorum meorum. Testes Nicolosus de Buiasco et predicti conciliatores. Actum Ianue in domo Piperis Calvi, predicto die inter nonam et vesperas.

5. *Guglielmo, figlio di Bonifacio Della Volta, dichiara di aver avuto da Raimondo Della Volta un cavallo per il servizio della milizia per il Comune di Genova (19 settembre 1226).*

* Ego Wuilielmus filius Bonefacii de Volta confiteor me accepisse a te Raimundo de Volta runcinum unum baium quem emi a te et quem debo et promitto tenere pro te et nomine tuo pro servicio comunis Ianue faciendo quando opus fuerit communi predicto usque ad nativitatem Domini proximam et plus in tua voluntate et promittente mihi dare singulo mense pro vietu ipsius runcini s. x. ianuensium. Testes Ogerius Pedicula maior et Marinus Calegarius. Actum Ianue in mercato iuxta fundicum Pedicularum, .xviii. die septembris inter nonam et vesperas.

6. *Vivaldo di Bogliasco si obbliga di pagare a Giordano di Quarto al 15 ottobre 1226 il prezzo di panni da lui acquistati (20 settembre 1226).*

Ego Vivaldus de Boiasco draperius confiteor me accepisse et emis-

(1) *Su due colonne [1] e [2].*

se a te, Iordane de Quarto, petias .III. taculinorum et petias .II. camelini abrenuncians exceptioni et cetera, unde lb. .viii. ianuensium usque ad medium octobris proximi per me vel meu missum tibi vel tuo certo misso dare promitto sub pena dupli omnibus meis obligatis et cetera. Testes Ionathas guardator et Obertus cocularius. Actum Ianue in mercato iuxta fundicum Pedicularum .xx. die septembris circa vesperas.

7. *Gandolfo, «magister de antelamo», dichiara di aver ricevuto la dote dalla moglie Verde e le costituisce l'antefactum (21 settembre 1226).*

(Ego) Gàndulfus magister antelami confiteor [acepisse a te] Vi ride uxore mea... [2] exceptio non numerate pecunie vel non solute dotis et dono tibi donationem propter nuptias lb. .xii. ianuensium in meis bonis habitis et habendis faciendum inde amodo quid volueris nomine antefacti et secundum rationem et consuetudinem civitatis Ianue sine omni mea heredum meorum omnium que pro me contradicione his dotibus et hoc antefacto omnia bona mea habita et habenda tibi pignori obligo. Testes Ober tus Titinus barberius, Gibertus Ligator et Wuilielmus barberius. Actum Ianue in domo Ventorum, .xxi. die septembris circa terciam.

8. *Nicola di Varazze e Giovanni di Murtedo affittano una nave da Guglielmo Zoculario fino alla prossima Pasqua (. . . . 1226).*

Nos Nicola de Varagine et Iohannis de Murtedo confitemur ac cepisse nomine locationis a te Wuilielmo Çoculario bucium tuum de remis .viii. cum vela .I. et tenda et fersis quem debemus du cere et cum ipso laborare per riveram usque ad Pisas et usque Ventimiliam usque ad pasca proxima et ipsum salvare et custodire pro posse nostro bona fide cum omnibus suis ornamentiis in fine autem termini promittimus dictum bucium cum predictis ornamentiis ita sanum ut est modo in tuam vel tui certi nuntii potestatem reducere et consignare promittimus si Deus nobis ipsum custodierit à mare et gentibus vel dare tibi lb. .xv. in denariis pro eius pretio item promittimus dare tibi pro locatione eius singulo mense usque ad pasca s. .vii. ianuensium. Si vero de predictis contra fecerimus penam dupli tibi stipulanti spondemus et inde omnia bona nostra habita et habenda tibi pignori obligamus quisque nostrum

magnum hoc fecerit laudes eius & finis
doloris lugore. Proxime de eis qui contulisse
hunc est obitum apud eum filius quidam nobis ante

Incipit Confitebitur Lypsius. Eius anno laudes eius
et homines & leoni clausi omni anno habent
iusti consilium in hunc confitit communium.
v. isti q. in iudea in hunc et canaleca in
ordine confitit coram domino magno. & de
persuasione dicit.

hunc duxerunt q. coram isto obituorum
super amictum. (uelut) fissa.

Obitum laudes eius q. in illis annis & iustis
lucis solstitiis ut summae ceterae annui ut
coram illis eccl. magistris & dominiis magistris
fieri illa festina. Solstitio unij pectorum in illis
postea in eis laudes. Ita que in annis lae
nus sibi sunt unius. Deinde q. ad ipsos responso
deinde se habere. certam spiculare. illa pectora aliis
in iusti responso. Hoc scilicet cor mundum hunc & scilicet
q. ipso consolat velutrum. et invenire orationem. u. benedictionem.

Bonifacius & complices.

Blanchardus & ceteri. (non dicitur)

Si quis. filius habuisset
deposuit vestimentum.

165

Vivere? Proximam. 201
reliqui mortuus?

filii sonantes ubi
apud filii rotuli
filii per se

VOLUME II.

Foglio 174 recto del Cartolare. Note ed appunti di Giovanni Scriba relative a lodi dei Consoli di Genova (1156). - Cfr. vol. II, pag. 276 e seg.

TAVOLA IV.

in solidum et cetera abrenunciantes nove constitutioni et epistule
divi Adriani ut quisque nostrum de his omnibus in solidum teneat.
Testes Marchisius de Sancto Georgeo et Ia . . . et Marinus Ale . . .

[*fo. 177^b r.*].

9. *Ottobono Tornello dichiara di essere in credito di una somma
verso Nicola e Guglielmo, spetarii (13 marzo . . .) (1).*

[1] (Ego) Ottobonus Tornellus (confiteor me habere lb. .m. $\frac{1}{3}$
sunt lb. .m $\frac{1}{2}$. de illo debito quod Nicolas spetarius et Wuilielmus
spetarius mihi debebant .xiii. die martii.

10. *Gosberto Pedicula dichiara di aver ricevuto da
una somma per il fitto della bottega (.).*

* [2] Ego Gosebertus Pedicula voco me quietum spetario
hospiti meo de pensione apotece quam a nobis tenes hinc retro
usque ad kalendas augusti preteriti.

12. *Pantaleo Pedicula dichiara di aver ricevuto diverse somme da
Lanfranco di San Giorgio per il fitto di una bottega (. . . .).*

* [3] Ego Pantaleus Pedi(cula) confiteor me accepisse a te Lan-
franco de Sancto Georgio s. .x. ianuensium de pensione apotece
quam tenes a me. .viii. die octobris, item s. .x., item. s. .xx., item
s. .x.

12. *Pantaleo Pedicula dichiara di aver ricevuto il pagamento di una
somma da Raimondo di Besso (. . . .).*

* [4] Ego Pantaleus Pedicula confiteor me accepisse a te Raimun-
do de Besso lb. .mii. ianuensium de illo debito quod mihi debes
et Raimundus si in presentia Oberti Pedicula
et Rainaldi macellarii.

(1) Questo atto e i seguenti [2], [3] e [4], sono scritti a metà foglio, in
una prima colonna. Il resto del foglio 177^b r. è in bianco.

[*fo. 177^b v.*] (1).

[1] In nomine Domini amen. Anno dominice nativitatis, mille-simo ducentesimo .xxvi., indicione

13. *Ansaldo di Carmadino si obbliga di pagare ogni anno a Lanfranco Della Volta una somma per la custodia del castello di Bonifacio* (29 dicembre 1226).

* Ego Ansaldus de Carmadino promitto tibi Lanfranco de Volta quod dabo tibi s. .xx. singulo anno quo mihi dare feceris a com-mune Janue scilicet pro serviendo et custodiendo castrum Bonefa-cii. Alioquin penam dupli tibi stipulanti spondeo et inde omnia bona mea habita et habenda tibi pignori obligo ut tunc tua aucto-ritate et cetera. Testes Aimericus de Segestro et Ogerius Wuilielmi furnarii. Actum Janue in mercato iuxta domum Iacobi et Lanfran-ci Bagini, .xxviii. die decembris inter terciam et nonam.

14. *Augusta costituisce suo procuratore Lanfranco di Cagno per esi-gere il capitale e il profitto che gli doveva Ingone di Cunizone* (. 1226).

* (Eg)o Augusta que stat cum Oberto de Volta constituo te Lan-francum de Cagno meum certum missum et procuratorem et in loco mei ad exigendum et accipiendum capitale totum et proficuum s. .xl. quos Ingo de (Cu)niço portavit meos negotiandum super mare ut pàtet in carta inde facta pretendens tibi quicquid iuris rationis et actionis hæbeo et habere possem adversus dictum Ingō-nem predicta occasione ut de predictis racionibus, actionibus et de predicto iure possis exigere, uti et experiri et exspergere directe habet personaliter nomine meo firmum promitto hac (2).

15. *Giovanni Marsilio fa il suo testamento* (. . . . 1226).

[2] Ego Iohannes Marxilius cancellerius ultime voluntatis contem-platione corpus meum apud hospitale Sancti Iohannis seppelliri volo, soldos .xx. per animam meam iudico, quarum decimam ope-

(1) *Su due colonne [1] e [2].*

(2) *Lacune portate dal cattivo stato del ms.*

ri Sancti Laurentii, residuum ipsi hospitali volo dari pro obsequiis sepulture mee. Sancto Syro Meliano de Molaçana s. .xii. computatis in his quos dicit dare debebam pro opera ipsius ecclesie. Sancto Marcho s. .ii., ponti de Cauçolo s. .ii., ponti Lavanie s. .ii., filio Rubaldi Richi filioço meo s. .i., filio Iacobi filioço meo s. .i., filio Auricole filioço meo s. .i. Petiam unam terre mee quam habeo in Sancto Siro Meliano cum medietate unius domus que est ibi dimitto Wulielmo Chivalerio, cui coheret inferius terra Baldoini Onbrellerii, superius via, ab uno latere terre archiepiscopi, (ab alio) latere terra dicti Chivalerii, Simone consanguinee mee s. .x., Simone filie Arnaldi de Sancto Donato s. .x., F. aprilis consanguinee mee s. .x., Balduino Cultellerio s. .xii. computatis in his s. .iii. quos mihi debebat, Almarico avunculo meo s. .xx., Iohanni Nepitelle s. .vi., Nicole Archerio s. .v., Iohannete servitrici mee s. .v., Simoni cultellerio gonellam meam nigram, Bertolino gonellam meam blavam, Wulielmo filio quandam Oberti Grua(ti) s. .ii., confitens quod debet mihi Rolandus de Susilia s. .xxviii. predictis (En)ricule lego mantellum meum album, Agnesine filie sue s. .x. Reliqua omnia bona mea Oliverio cu(ltellerio) mitto et ipsum heredem meum instituo et ordino quod bona mea legata mea solvat. Casso.

VIII.

NOTE ED APPUNTI DI GIOVANNI SCRIBA RELATIVI AD ATTI ED A LODI DEI CONSOLI DEI PLACITI (1156).

[fo. 178 r.] (1).

[1] Die lune .ii. idus novembris, in capitulo. Consules L. Piper, O. Ventus, W. Buronus, laudaverunt Ottoni iudici ut in laude habetur.

[2] Laus Burgensium de Reverolio utrum non expedient contra Collum.

[3] dabo Actum in capitulo

(1) *In bianco il verso del foglio.*

[4] .xv. kalendas ianuarii, ante domum Ogerii de Guidone. W. Buron, E. Aurie et L. Piper absolverunt Bertolotum.

[5] Testibus Oberto Cancellario, Balduino de Castro, presbitero Sancti Michaeli. Donadeus de Spignano, in capitulo, .iii. kalendas decembris, promisit se daturum sororem suam usque kalendas ianuarias et destruere conventum factum, penam dupli.

[6] G. O. L.

Laus hominum de Levi et Corvoli de kalendas iulii indicione

[7] .xiii. kalendas ianuarii laude absolverunt Iofredum Medicum et alios.

[8] O. L. G.

. de bisanciis quos ei dedit Ansaldus Baialardus
. (1).

[9] In capitulo presentia Wuilielmi Buronis, Boni Iohannis Malfiastri, Iordanis Almarie, Baldonis Scarsi, confessus est Matheus Pignolus se suscepisse lb. .xxv. $\frac{1}{2}$ a Cancellerio de terra Bisamnis, .MCLVI., .iii. kalendas septembries.

[10] O. G. I. absolverunt eo die Obertum fi. lb. .iii.
quas habebat de dote sue filie Mabilie ab ipsa Mabilia pro (ne)potibus suis et suis heredibus de Spinula

[11] O. G. I. Laudaverunt

[12] O. I. . . . die veneris absolverunt Buiachesium de s. .xxxv. sue filie Wuilielmi Turti quos collectam .xiii. kalendas ianuarii

[13] W. Buron et Oger Ventus .xiii. kalendas absolve-
runt Beniconem de et Ionatham de Camogi fratrem eius
Enricum Fledemerium de Sporem Goto et uxore eius
quia eorum.

(1) *Di altra mano laus bur cancellato.*

[14] In capitulo .mii. E. Aurie laudaverunt Obertus de Sancta Iulia et filii eius de cetero . . . Lanfranchi Oberti Blanci et filiorum . . . et Ionathas absolverunt, abstulerunt et refutaverunt et reddiderunt.

[15] Clavigeri acceperunt lb. .ccc., .vii. die intrantis octubris de (1) debent perperos in creditorum electione vel perparos sicut eos vendent non debtoribus vel sicut appreciabuntur per bancharios. Sin autem reddere denarios usque .ii. dominicam et si ulterius tenuerint eos pro s. .vii. perparos.

[16] Omnes in capitulo laudaverunt laudem Stralano iis celice d. .x. .xii. .xii.

[17] O. et G. .viii. kalendas novembbris laudaverunt quod Iohannem magistrum habeat pelles capreas in die qua abstulerunt .c. pro uxore ipsius quam absolvit.

[18] Laus burgensium de Rivarolio utrum non expedient contra Collum.

[19] Die .xvi. martii in capitulo omnes absolverunt W. Amorosium de s. .viii. minus d. $\frac{1}{2}$ et parum navium lb. .xxviii. párum ferri lb. .c. que reddidit eis de rebus Petri clericis quos messemutinos astulerat.

[20] .vi. die intrantis cia revocaverunt fecerunt ad suos

[21] In capitulo presentia Oberti Guaime, Ugonis de Portu Delfino, Macrobrei Benencase Toscan confessus fuit Ionathas Pignolus quod suscepit a Cancellerio lb. .xviii. minus .m $\frac{1}{2}$. de pretio terre Bisamnis quam Cancellerio vendidit.

[22] De platea longa . . . Og. ; . . .
Amelius Petrus monetarius.

[23] Contra filios Conradi et Fulconis extremo die iunii,

(1) *Spazio bianco.*

[24] Omnes in capitulo die mercurii absolverunt Otonem Rubrum ob Homo Rabia de lb. .viii. quas . . . cum mutua . . . iudeo cum .viii. aliis dicebat quod Oto convenit ei se solutum ad adventum Tanclei in ecclesia Sancti Laurenti qui negans sibi traditos sacr(amento) iuravit non . . . enuti . . . (actum) in capitulo .vi. kalendas februarii.

IX.

ATTI DEL NOTAIO GIOVANNI SCRIBA (1161).

[*fo. 179 r.*].

1. *Guglielmo Euron dichiara di ricevere da L. Picamiglio e suoi fratelli una somma di proprietà della figlia defunta (14 gennaio 1161).*

Testes Ansaldus Golias, Guido de Laude, Iordan Gisulfi et Rainaldus de Beriçone. Ego Wuilielmus Buron voco me quietum et solutum de bonis quondam filie mee ex parte L. Picamilii et fratrū eius salvo quod si domus de mercato que mēa fuit exteterit cambita inter vos fratres pro precio maiori lb. .ccx. vel vendetur aut cabbibitur deductis expensis reliquum michi vos Picamilium mihi restituere debeatis quod hoc ei stipulanti promisi. Actum in capitulo, .MCLXI., .xiii. die ianuarii, indicione .viii.

2. *Lanfranco Pevere rilascia quitanza di una somma ricevuta a certo Advocato (23 luglio 1161).*

* Nicola iudex, Arnaldus magister, Petrus Gaçan testes. Lanfrancus Piper se pagatum et solutum vocavit in capitulo de omni ipso debito preter de lb. .LXXVII $\frac{1}{2}$. quas adhuc recipere debet et Advocatus de reliquo se quietum vocavit .MCLXI., .xxiii. die iulii, indicione .viii.

3. *Ansaldo Doria si riconosce debitore verso Lanfranco Pevere per conto di Rolando Avvocato, di una somma che pagherà al 1º agosto 1161 e Lanfranco Pevere se ne accolla in proprio una parte (11 agosto 1160).*

* Ego Ansaldus Aurie deboe vobis Lanfranco Piperi pro Rolando

Advocato lb. .CCCLXVIII. in pipere et denariis usque proximas venturas kalendas augusti et ab inde usque alias similiter kalendas augusti lb. centum in pipere et denariis has dare ita promitto. Testes Blanchardus, Grimaldus, Ugeçon de Vineis et Bernardus Maniavacca. Actum in capitulo, .MCLX., .xi. die augusti, indicione septima.

De predicto debito cepi ego L. Piper centenaria .vii. piperis pro lb. .xxv $\frac{1}{2}$. .iii. s. .v. racionatum lb. .iii. s.v. pro centenario ita ut si usque proximas venturas kalendas augusti plus valuerit tantum debeat racionari et minui de quantitate prefixa et hec solutio racionetur in soluzione de denariis. Actum in capitulo, .MCLX., .xvi. die augusti, indicione .vii. Testes Grimaldus Oger Rebufus.

De Advocato dedi incollis lb. .iii. s. .xi. d. .viii.

4. *G. Gratacul si riconosce debitore verso Idone Guiscardo di una somma che pagherà il prossimo giugno* (26 gennaio 1161).

[Idonis de Guiscardo].

Testes D. Gatuzzus, Marinus de Caffaro, Fredençon Russus, Petrus de Caapluma, Rufinus de Sarçano. Ego W. Gratacul cepi a te Idone Guiscardi tantum de tuis rebus de quibus per me vel mieum nuncium dabo tibi vel tuo nuncio in denariis per totum proximum mensem iunii lb. .xx. denariorum ianuensium minus s. .vii., si non penam dupli (1) stipulanti tibi bona pignori habita et habenda ut nisi sic observavero exinde tua auctoritate et sine decreto consulim et mea contradictione et omnium pro me intrare in eis quibus volueris possis et quantum hoc fuit tibi accipiās et estimari facias et inde nomine venditionis quid velis facias. Actum in capitulo, .MCLXI., .vii. kalendarum februarii, indicione .viii.

5. *Guglielmo Gratacul si riconosce debitore di una somma verso Rufino di Sarzana* (26 gennaio 1161).

[Wuilielmī Gratacul].

* In eundem modum Wuilielmo Gratacul et de simili quantitate promisit et obligavit se Rufinus de Sarçano. Die, loco et testibus predictis adhibito eis predicto Idone.

[*fo. 179 v.*].

[1] s. .vi. debet Iohannes.

(1) *Cancellato*: bona pi.

[2] Anselminus et Petrus de Nuce fecerunt nuncium suum Dodoneum canonicum contra Superflum de turri.

[3] Dominu

a b c d e

[4] Terra comunis in terra Fulconis Buferii tabula .i. et quarta valet s. .xxx.

[5] Ego Merlus cepi lb. .xxiii. de feudo portus Veneris a novis consulibus.

[6] Mota meo flatu plus quam lupus oris hiatu,
mordax pellit oves, fugo muscas, tollo calores.

[7] Ponitur quia.

[8] Partem habet minorem.

[9] Albertus Verte torto lb. .xxvii.

[10] Merlo Tinctus professus est coram Blancardo, Iohanne Scriba, Mariscoto Buccanigra, Rogerio de Clavica se de rebus Pantalei Mortui siti portasse laboratum de quibus ei debet s. .LVII. quos socero eius debit .MCLX., .xvii. die augusti, indicione .VII.

[11] M. dbr s. .vii. .viii. denarii Iohannes.

[12] E vobis salvet.

[13] Ab initio.

[14] In capitulo, W. Brasedus elegit quod si tres naves ab Alexandria venire inde cuperint in media, si due, in ultima, si una, in illam. Testes Iohannes Scriba, Rubeus. Secunda marcii.

[15] Obertus Usus Maris, Obertus de Insola, Bernardus de Lomello Obertus Lecavella W. Fornar lb. .xxiii. Amici de Coniçone quas portare laboratum ubi voluerit ad quartam proficui.

l'ultimo di ottobre aveva molti i pagamenti
per la somma composta da quattro lire e mezzo
e una sesta e tre quarti e trenta lire.

L'ultimo di ottobre
aveva spese per
l'acquisto di un
cavallino da tre anni
e mezzo e per la sua
manutenzione e per
l'affitto di un luogo
dove si poteva tenere
il cavallino.

L'ultimo di ottobre
aveva spese per la
manutenzione del
cavallino e per il
lavoro del suo
padrone pagato per le spese di
cavallino e per le spese
di manutenzione del
cavallino.

L'ultimo di ottobre
aveva spese per la
manutenzione del
cavallino e per il
lavoro del suo
padrone pagato per
la manutenzione del
cavallino e per le spese
di manutenzione del
cavallino.

L'ultimo di ottobre
aveva spese per la
manutenzione del
cavallino e per il
lavoro del suo
padrone pagato per
la manutenzione del
cavallino e per le spese
di manutenzione del
cavallino.

L'ultimo di ottobre
aveva spese per la
manutenzione del
cavallino e per il
lavoro del suo
padrone pagato per
la manutenzione del
cavallino e per le spese
di manutenzione del
cavallino.

X.

FRAMMENTO DEL CARTOLARE DEL NOTAIO LANFRANCO (1184).

[*fo. 180 r.*].

1. *Rogerio Caudino, Rufino di Trexeia ed altri si obbligano di pagare al 1º aprile 1185 una somma ad Ansaldo Buferio per cuoi ricevuti (12 maggio 1184).*

Testes Iohannes de Castello, Opiçon de Arabita, Simon Bugerius et Oto Mirabilis. Nos Rogerius Caudinus, Rufinus de Trexeia, Iohannes Barbaroia, Enricus Cerva et Ribaldus Ocellus confitemur nos accepisse a te Ansaldo Buferio coria bovum .ccclxxii. pro quibus promittimus tibi vel tuo certo misso per nos vel nostrum certum missum solvere usque ad kalendas aprilis proximas lb. denariorum ianuensium .cviii. minus s. .ii $\frac{1}{2}$. Alioquin penam dupli in rebus nostris quibus malueris tibi stipulanti promittimus et inde omnia nostra tibi pignori obligamus quisque in solidum et cetera. Actum sub porticu quondam Ansaldi Trencheri, millesimo .clxxxiii. indictione .i., .xviii. die intrantis madii.

2. *Ugolino Mallono e Maria, coniugi, Capodorgoglio e Mabilia, coniugi, rilasciano quitanza a Buonsignore di Sala di una somma (18 maggio 1184).*

Testes Nicola Ebriacus, Iordanus de Savegnano et Wuilielmus Malusfiliaster et Ido Malonus. Nos Ugolinus Mallonus et Maria iugales, Caput Orgolii et Mabilia iugales, confitemur nos bene esse quietos et solutos à te Bonosegnore de Sala de lb. illis centum denario rum ianuensium de quibus habebamus nos Mabilia et Maria laudem super te et specialiter in domibus tuis de Ianua que continetur in laude consulum quam inde habebamus et quam (1) tibi redimus si vero dehinc de libris illis per nos vel alia persona inquixicionem fecerimus penam dupli stipulanti tibi promittimus et inde omnia nostra tibi pignori obligamus. Iste sunt ille lb. centum quas libras nobis asignasti in comuni Ianue et dedisti (2) quas pro nobis mu-

(1) *Cancellato:* Alb.

(2) *Le parole da quas a dedisti per postilla interlineare.*

lieribus tu Bonus Segnor accepisti in Provinciam ex bonis olim Enrici Turis et possessionem illarum domuum vobis redimus et laudem. Hec omnia fecere mulieres consilio Wuilielmi Sardene et Wuilielmi Malfiliastri suorum parentum renuentes lege Iuliam et cetera. Actum Ianue sub porticu Capitis Orgolii, eo die.

3. *Nicola Embriaco riconosce che una certa somma avuta per Bonsignore di Sala è di Mabilia Capo Orgoglio e Maria, moglie di Ugolino Mallone (18 maggio 1184).*

* Ego Nicola Ebriacus confiteor quod ille lb. denariorum centum quas habeo in comuni quas habui per Bonum Segnorem de Sala sunt vestre Mabilia Capitis Orgolii et Maria uxor Ugolini Maloni. Si vero ego vel meus heredes vel aliqua persona pro me vobis vel vestris heredibus predictas lb. centum de cetero impediero penam dupli in bonis meis vobis stipulantibus promitto et inde omnia bona mea vobis pignori obligo et cetera. Actum ubi superior, ea die. Ido Mallonus, Iordanis de Savegnano, Wuilelmus Malusfilias testes.

